ACTUS
SOLENNIS PROMOTIONIS DOCTORALIS
IN UTROQUE JURE

CELEBRATUS DIE XVII. NOVEMBRIS ANNO MDCCLXXXIV.

DUM

JUSSU EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI

FRIDERICI CAROLI JOSEPHI

S. R. I. PER GERMANIAM ARCHICANCELLARII EPISCOPI ET PRINCIPIS WORMATIENSIS

FESTUM INSTAURATIONIS ET MEMORIAE ANNI SAECULARIS III. ALMAE PERANTIQUEA, SEMPERQUE CATHOLICAE UNIVERSITATIS MOGUNTINAE RITU SOLENNI PERAGEBATUR.



MOGUNTIAE,

Ex Typograph. Elect. Aul. Acad. priv. apud Joan. Jos. Alef, Hæred. Hæffner, 1784.

ET

PRAENOBILIS, CLARISSIMUS AC CONSULTISSIMUS
VIR AC DOMINUS

D. FRANCISCUS ANTONIUS DÜRR

J.U.D. EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIUS AULICUS ET REGIMINIS ACTUALIS, EJUSDEMQUE IN HAC ALMA UNIVERSITATE JURIS PUBLICI ET HISTORIARUM PROFESSOR PUBLICUS ET ORDINARIUS, REVERENDISSIMI CAPITULI METROLITANI MOGUNTINI SYNDICUS, FACULTATIS JURIDICAE SENIOR ET DECANUS

PRAENOBILES ET CLARISSIMOS DOMINOS

GEORGIUM ALTENBURG

J. U. L. ſupremorum Tribunalium Elect. Advocatum ordinarium,

PHILIPPUM WALDMANN

Eminentiſſ. ac Celſiſſ. Principis Elect. Judicii Aulici Conſiliarium, Inſtitutionum & Juris Crimin. Profeſſ. Publ. & Ordin.,

IGNATIUM WISE

Eminentiſſ. ac Celſiſſ. Principis Elect. Judicii Aulici Conſiliarium Jurium Profeſſ. Publ. Extraordin.,

FRIDERICUM FRANC. SCHAL

Eminentiſſ. ac Celſiſſ. Principis Elect. Conſil. ab Archiviis, artis diplom. & praxeos Archivalis Profeſſ. Publ. & Ord.

SUPREMA DOCTORATUS IN UTROQUE JURE LAUREA

MORE MAJORUM, RITU SOLENNI

INAUGURAVIT.

QUAESTIONES INAUGURALES

CLARISSIMI DOMINI PROMOTORIS

In quantum inferviant Numismata ad probandas & illuftrandas Academiarum hiftorias?

DOMINORUM NEODOCTORUM

I. Qua ratione facultates juridicæ evaferint quafi dicafteria univerfalia in judicialibus per Germaniam?

II. Quænam fint origines Univerfitatum & facultatum in Germania?

III. An Imperatori, an Pontifici competat jus erigendi Academias in Germania?

IV. Quale fubfidium fit Jurisprudentiæ ars diplomatica?



REVERENDISSIMI, EXCELLENTISSIMI, ILLUSTRISSIMI, PERILLUSTRES AC GENEROSI, PLURIMUM REVERENDI, PRAENOBILES, AMPLISSIMI, EXIMII, CLARISSIMI, CONSULTISSIMI, EXPERTISSIMI, SUBTILISSIMI, ORNATISSIMI AC DOCTISSIMI DOMINI MAECENATES, ET PATRONI, NEC NON ALMAE UNIVERSITATIS HUJUS DOCTORES, PROFESSORES, COLLEGAE ET CIVES ACADEMICI, AUDITORES DENIQUE OMNIUM ORDINUM COLENDISSIMI, SPECTATISSIMI!

Recoluit Univerſitas noſtra Anno MDCCLXXVII., dum trecentis annis divino beneficio ſervata fuit, fundationis ſuæ annum ſæcularem tertium, ſignificaveram illud tum temporis publice non ſolum in programmate Catalogo prælectionum memorato anno præmiſſo, ſed & ſolenni promotione Doctorali & habita oratione, qua Hiſtoriam facultatis Juridicæ Moguntinæ ex monumentis antiquis

expoſueram, memoriam illam aliquatenus innovavi, exoptaveram autem pro meo, quo erga Academiam noſtram ferebar zelo, ut Jubilæum illud ad imitationem aliarum Univerſitatum ſolennius perageretur, feceram quoque ſolennitatum hac occaſione inſtituendarum delineationem, deſideriumque meum expoſueram Eminentiſſimo, qui autem, cum jam intenderet prius Univerſitatem noſtram reditibus vacuam quaſi de novo dotare, eamque auguſtiore ornare forma, feſtivitatem illam ſæcularem adhuc aliquot annis differendam, & in aliud tempus magis opportunum transferendam eſſe gratioſiſſime declaravit; executioni etiam dedit illa, quæ tum temporis egerat, conſilia, & hactenus non ſolum ampliſſimum fundum procuravit Academiæ noſtræ, ſed & illam plurimis in omnibus facultatibus Profeſſoribus inſtruxit, ac præter Gymnaſium novam Univerſitatis domum renovavit, ſplendidaque exornavit aula, auxit inſigniter Bibliothecam Academicam, nec non collectionem rerum Naturalium, ac Numophylacium cum inſigni inſtrumentorum tam Anatomicorum quam Phyſicorum apparatu procuravit, hiſce demum Electorali munificentia conſtitutis credidit ſapientiſſimus princeps opportunum jam adeſſe tempus celebrandi debito cum ſplendore tam translatam anni ſæcularis memoriam, quam etiam Academiæ inſtaurationis feſtivitatem, præfixitque gratioſiſſime pro initio duplicis hujus ſolennitatis diem XV Novembris præſentis anni, quo die tribus ante annis in gratiarum actionem noviter factæ dotationis prima feſtivitas ſacra fuit celebrata: ut autem pro mea quoque exigua parte ad ſacra hæc Academica quidquam conferrem, ſic mihi qua Decano facultatis Juridicæ munus promotionis Doctoralis in utroque Jure peragendæ fuit delatum; cum autem more penes facultatem noſtram hactenus recepto præfatio quædam argumenti ad

Juris-

Jurisprudentiam & promotionem Doctoralem in utroque Jure quadrantis præmittenda ſit, *a*) ſic in hodierno promotionis actu *de Jureconſulto Medico*, quatenus temporis anguſtiæ permittunt, ſum præfaturas, dum interea vos Dni Auditores omnium ordinum ſpectatiſſimi me gratioſa & benevola patientia veſtra ſuſtentare non dedignemini.

Quod ſanitas mentis & corporis præcipuum ſit hominis bonum, eatenus omnes, quantum confido, erunt ex ipſa experientia convicti, ſine duplici hac ſanitate fruſtra exſpectatur quidquam ab ingenio, judicio vel induſtria hominum, adeoque ipſa neceſſitas & ſtudium conſervationis propriæ, promovendæque felicitatis a natura jam inculcatæ adegit homines, ut de remediis partim conſervandæ, partim recuperandæ ſanitatis cogitarent, adeoque præter agriculturam & rem pecuariam ars medica forſan inter antiquiſſima hominum ſtudia eſt referenda: artem quoque illam tam neceſſariam & utilem ſucceſſive gentes ob eruditionem clariores excoluere: De Aegyptiis ſatis illud comprobat Hermes Triſmegiſtus, cui variæ in ſcientia medica inventiones, de quibus egit CONRING in Diſſ. *de Medicina Hermetica*, *b*) adſcribuntur; Aegyptiorum ſacerdotes fuere ſimul Medici. conf. TIRAQUELL *de Nobilit.* Tom. I. L. 31. n. 292. Quemadmodum autem aliæ ſcientiæ ab Aegyptiis ad Phœnices, Chaldæos & Perſas fuere propagatæ, ſic & ars hæc ſalutaris ad hoſce populos tranſivit:

a) in aliis Promotionibus partim graduum Academicorum origines & Antiquitates, partim dignitatem Juris Doctorum equeſtrem, partim occurrentia in legibus honorifica Jureconſultorum elogia, partim Juſtitiæ ſacerdotium expoſui.

b) Vaſa hermetice claudere adhuc hodie eſt receptum.

Magi Chaldæorum & Persarum erant simul Medici, *c*) sicut & antiquiorum Germanorum Druides, *d*) rem Medicam veterum hebræorum in eleganti Dissertatione exposuit CALMETUS *in Prolegomenis & Dissertationibus in sacram Scripturam* Tomo I. p. 482. in ipsis etiam sacris litteris necessitas Medicinæ & Medicorum veneratio inculcatur ab ECCLESIASTICO Cap. XXXVI. *e*) Raphaël Archangelus ocularium egit Medicum,

c) De Magis Persarum notitiam dederunt AMMIANUS MARCELLINUS L. 23. PLINIUS L. VI. C. 27. *Hist. Nat.* & MANTUANUS cecinit: „ ille „ penes Persas Magus est, qui sydera novit, *qui sciat herbarum vires*, „ cultumque Deorum, Persepoli facit ista Magos prudentia triplex „ quas scientias Magi hi tractarint, multis veterum testimoniis probavit CROMBACH *in Historia Ss. trium Regum*. p. 177. seq., & multas eruditas notitias de iis collegit BRUCKER *in Historia Critica Philosoph.* Tomo I. p. 160. seq.

d) De quibus egit J. C. W. MOEHSEN *in der Beschreibung einer Berlinischen Medaillen Sammlung, die vorzüglich aus Gedächtnus Müntzen berühmter ärtzte bestehet.* P. 11. §. 2. *Artzney Wissenschafft der alten Deütschen mit Religions-Zeremonien verbunden*. p. 11. & FALKENSTEIN *in Antiquit. Nordgav.* Tom. I. p. 133.

e) Ubi legitur: *honora medicum, propter necessitatem etenim illum creavit altissimus: a Deo est enim omnis medela, & a Rege accipiet donationem. Disciplina Medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatum collaudabitur, altissimus creavit de terra Medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam, . . . & dedit hominibus scientiam altissimus honorari in mirabilibus suis: in his curans mitigabit dolorem, & unguentarius faciet pigmenta suavitatis & unctiones conficit sanitatis, & non consummabuntur opera ejus . . . fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed . . . da locum Medico, etenim illum Dominus creavit, & non discedat a te, quia opera ejus sunt necessaria, est enim tempus, quando in manibus illorum incurras . . . qui deliquit in conspectu Domini, qui fecit eum, incidet in manus Medicorum.*

dicum, *f*) Lucasque Evangelista Paulo Medicus dicitur in *Epistola ad Collossenses* Cap. IV. v. 13. *g*) Penes græcos in multa veneratione fuit Medicina: Apollini sicut aliæ scientiæ, sic & Medicina adscripta fuit, *h*) filius ejus Æsculapius Medicorum princeps relatus fuit in semideorum numerum cum sua filia Hygia, quam Romani *Deam salutem* dixere, exstructaque sunt illi fana. *i*) Hippocratem non solum græca antiquitas, *k*) sed & hodierna ætas veneratur; *l*) ex græcia migravit Æsculapius Romam, & Romani non solum huic semideo sed & ejus filiæ Deæ saluti plura dicarunt templa; *m*) nec non inscriptionibus, *n*) & numismatis

f) TOBIÆ Cap. VI. & XI.

g) De quo & EUSEBIUS *Histor. Eccles.* L. III. C. 2. conf. mea Diss. *de Probatione per picturas in sacris.* §. VII. & JOAN. DIE. WINKLERI Diss. Lipsiæ 1736. edita *De Luca Evangelista Medico.*

h) Refert ISIDO. L. IV. *Etymol.*, quod Apollo, quem Deum fecit antiquitas, per Methodica quædam, id est carmina & incantationes, Aesculapius ejus filius per empyrica, hoc est per experimenta, sanaverint homines quingentis annis ante Hypocratem, qui rationativam Medicinam, qua utimur, adinvenit.

i) Conf. PHIL. GOTL. SEEGER *die Götter der alten Griechen und Römer.* P. II. p. 761. seq.

k) Post ejus obitum multæ in honorem ejus statuæ positæ sunt, & numismata cusa.

l) Dum opera ejus sæpius Romæ, in Belgio, Francofurti, & novissime edita sunt, HOFFMANNUS Hallensis Medicus in suis scriptis eum semper compellavit *Medicorum parentem.*

m) DUCHOUL *La Religion des anciens Romains.* p. m. 105.

n) V. Inscriptio apud GRUTERUM p. LXXI. & in JOAN. PETRI VALERIANI *de fluv. nobilit. & antiquit. in agro Bellunensium memoriis* Serm. IV. p. 113. in lapide legitur: *Aesculapio & Hygiæ ceterisque hujusque loci salutaribus.*

matis *o*) illos coluere, & licet tam ſub Republica libera, quam ſub Imperatoribus ſervi ac liberti ſicut alias ſcientias, ſic & artem hanc Medicam Dominis ſuis lucroſam exercuerint, *p*) nullatenus tamen fundata eſt HEINECCII ſententia: artem Medicam penes Romanos ſub Republica libera in nullo pretio ſtetiſſe, & eam etiam adhuc ſub Imperatoribus per ſolos ſervos & libertos exercitam fuiſſe, cives etenim Romani tam ſub Rep. libera, quam ſub Imperatoribus huic arti ſe quoque applicarunt, ex quibus PLINIUS *Caſſios*, *Calpitanos*, *Aruntios*, *Albutios & Rubrios*, qui ex notis ſatis familiis Romanis ortum duxere, recenſet, eorum etiam CORNELIUS CELSUS, qui ipſe Civis Rom. fuerat, plures adduxit, præterea *Quintus Stertinius*, ejusque frater, nec non

---

o) Conf. SEEGER l. c. p. 761. ſimiliter Hygia ſeu Dea Salus a Romanis dicta ſub variis formis in Numis Romanorum eſt frequentiſſima. SEEGER l. c. p. 759. DUCHOUL l. c. p. 104. ſeq. MOEHSEN in ſuo Numophylacio Medico poſſidet 8 numos familiæ Aciliæ, in quibus Dea ſalus conſpicitur cum Inſcriptione: *M. V. Acilius triumvir valetudinis:* maximus etiam extat numerus numorum Imperatorum Rom., qui referunt Deam ſalutem, ſolius M. Aurelii cum prædicto typo 8 æreos maximi moduli idem tenet, & quoad argenteos 6 8. & plures unius Imperatoris cum imagine Deæ ſalutis, prout refert l. c. P. I. p. 87.

p) Negat CAROLUS SPONIUS *dans les Recherches d' Antiquité* Diſſ. XXVII Medicinæ praxin penes Romanos per ſolos ſervos exercitam fuiſſe, ſed eum artis ſuæ amore falli ſcripſit Jo. GOTL. HEINECCIUS *in Antiquit. Rom.* L. 1. Tit. XXV. §. 19. p. 253. idque ſatis patere vult ex SUETONIO *in Caligula* VIII. QUINCTIL. *Inſt.* VII. 2. SENECA *de Beneficiis* III. 24. VARR. *de re ruſt.* I. 16. multi etiam lapides apud Reineſium, Gruterum & Sponium non ſolum ſervos, & libertos Medicos, ſed & ſervas & libertas medicas commemorant, de ſervis & libertis Medicis mentio quoque fit in L. *Thaïs* 41. §. 6 ff. *de fideicommiſ. libert.* L. *ſi duobus* 3. C. *communia de leg.* L. *Medicus* 26. ff. *de oper. libert.*

non *Vectius Valens* tempore Claudii Imperatoris ſe celebres reddiderunt; Medicus *Antiſtius*, qui vulnera trucidati in Senatu Julii Cæſaris examinare debuerat, fuit Romanus; cum autem in Medicis Græcis, qui paſſim liberi homines non ſervi fuere, ob ſingularem eorum experientiam *q*) Romani majorem poſuerint fiduciam, quam in Romanis, inde & hi penes præcipuos Romanorum ſub Repub. libera in maxima auctoritate fuere conſtituti, CICERO non ſolum laudat tam in Orationibus, quam in Epiſtolis *Cleophantum*, *Lyſonem*, *Æsclaponem & Craterum* tanquam celebres Medicos, ſed etiam compellat illos ſuos amicos familiares, ſimiliter PERSIUS & HORATIUS in ſuis *Poëmatis Craterum* laudibus extulerunt, Æsclepiades, cujus cum multis elogiis meminit CICERO, amicitiam tam Ciceronis, quam magni Pompeji ſibi conciliaverat, *Philotheus* penes M. Antonium & celebris *Dioſcorides* tam penes ipſum, quam ejus conjugem Cleopatram fiduciam & auctoritatem ſibi procuraverat. *r*) Adeoque tantum abeſt, ut ars Medica penes Romanos pro functione vili & mere ſervili fuerit habita. Conf. STRYCKII Diſſ. *de Medicis* Cap. I. §. 6 Majorem autem ſplendorem ſibi conciliavit Medicina penes Romanos, ex quo tempore Medici præſertim græci multis ab Imperatoribus privilegiis ſunt cumulati; s) per integrum medium ævum autem artem

q) Dum partim in Græcia ars medica tum temporis magis fuit exculta, partim Romæ ob receptos mores & uſus exterorum populorum novi morbi ſunt enati, qui Medicis græcis tanquam exteris magis perſpecti erant, quam Romanis.

r) MOEHSEN l. c. P. I. p. 23 ſeq. & p. 243 ſeq. *von denen Leibärzten der erſten Römiſchen Kaiſer*. p. 251. 257. & 323.

s) Primus Medicos græcos jure Civitatis Romanæ donavit JULIUS CÆSAR teſte SUETONIO *in Julio* XLII. Auguſtus vero Antonii Muſæ liberti opera

artem medicam, ſub qua & Chyrurgia comprehendebatur, exercebant maxima ex parte Clerici & Monachi, habebatur etenim Medicina pro parte Philoſophiæ & in ſpecie Phyſicæ; *t*) quia autem ſoli fere Clerici & Monachi ſe applicarunt philoſophicis ſtudiis, ſic & Medicinæ. FLEURI *dans le traité des etudes*, deduxit Plurimorum Galliæ Regum Archiatros fuiſſe

---

opera e gravi & periculoſo morbo reſtitutus Muſæ jus aureorum annulorum ſolis equitibus Rom. alias proprium, univerſo Medicorum ordini autem immunitatem dedit, prout refert DIO CASSIUS LIII. ac multis Veſpaſiani, Hadriani aliorumque Imperatorum reſcriptis confirmatum eſt illud privilegium L. ult. §. 30. ff. *de mun. & hon.* Dum autem poſtea Medici, qui immunitate hac fruebantur, nimium aucti fuerunt, certo illos includere numero placuit L. 6. §. 2. ff. *de Excuſat.* Alexander porro Medicis annonam addidit referente LAMPRIDIO *in Alexandr.* XLIII., poſteriores vero Imperatores eorum immunitatem auxerunt ac confirmarunt pluribus conſtitutionibus, quæ etiamnum extant in Cod. Theodoſ. T.t. *de Medicis & Profeſſ.*, & ſub Imperatoribus in inſcriptionibus laudantur *Medici, Chirurgi, Clinici, Ocularii &c.* HEINECCIUS l. c. quanti Juſtinianus Medicos fecerit, ex L. I. §. Medicorum. ff. de Extraord. cognit. perſpicere licet, ubi eandem eſſe cauſam Medicorum, quæ Profeſſorum, dicit, *niſi quod illorum juſtior ſit, eoquod ſalutis hominum curam gerant, hi ſaltem ſtudiorum.*

t) Medicina enim *Phyſicæ pars ſumma* olim jam habebatur teſte MACROBIO *Saturnal.* L VII. c. 15., notumque eſt proverbium: *ubi deſinit Phyſicus, incipit Medicus*, imo Medicina ſub nomine Phyſicæ comprehendebatur, & ALEXANDER III. Pont. in Cap III. X. *ne Clerici vel Monachi* &c. ſub nomine *Phyſicæ* inhibuit Medicinæ ſtudium Monachis, id quod ex illius ævi ſtylo multis teſtimoniis illuſtravit DUFRESNE *in Gloſſ. latinit. Med ævi* voce: *Phyſica*, & hujus rei adhuc usque ad hodiernum diem ſupereſt veſtigium, dum Civitatum & provinciarum Medici dicuntur: *Stadt und Land Phyſici*, horum Phyſicorum mentio etiam occurrit in Numismatis conf. MOEHSEN l. c. P.I. p. 57.

fuisse Monachos, tales quoque Medicos habuere Angliæ Reges, *u*) ex quo tempore autem clericis & Monachis Medicinæ Studium fuit inhibitum per Canones, *w*) & etiam Sæculares se applicarunt Philosophiæ, imo scientia Medica in neoconditis Studiis generalibus separatam constituit facul-

B tatem,

u) Quia tum temporis homines fuere robustiores natura, & pauciores erant morbi, inde & soli fere principes & Reges suos habuere Medicos, dum autem ob excessus natura magis magisque debilitata plures enati sunt morbi, & sic Medici Monachi in auxilium vocati extra monasteria multum versabantur, curabant fœminas, imo qua Chirurgi adustiones, sectiones, & sanguinis effusiones adhibuere, quæ omnia statui Clericali & monastico haud bene conveniebant, sic per Canones Medicinæ praxis Clericis & Monachis fuit inhibita.

w) Ante Sæculum XII. Clericis & Monachis Medicinæ studium non fuit inhibitum, prout probavit GONZALEZ TELLETZ ad Decret. T. I. p. 494. n. 9. Monachi Cassinensis Monasterii ac præsertim Constantinus Monachus opera sua Medica Abbati Desiderio circa A. 1060. publice dedicarunt, quod vero Clementis III. Pontif. temporibus, hoc est A. 1180. Medicinæ studium necdum interdictum esse putet GONZALEZ, hoc repugnat temporis illius monumentis, cum jam A. 1131. Patres Concilii Rhemensis de nimia Canonicorum Regularium & Monachorum ordinis S. Benedicti licentia essent conquesti, quod neglectis ordinum S. Augustini & Benedicti Regulis Medicinæ lucri causa vacarent, illis ab Innocentio II. Medicinæ discendæ facultas in ejusdem Concilii Can. VI. penitus fuit ademta. conf. HARDUINI *Acta Conc.* Tom. VI. P. II. p. 1192. quæ Constitutio in *Concil. Later.* de A. 1139. Art. IX. ab eodem INNOCENTIO II. repetita legitur apud HARDUINUM l. c. p. 1289. conf. fusius de famosa hac Constitutione *Histoire litteraire de la france* Tom. IX p. 191. hisce accessit Alexandri III. Constitutio in Concilio Turon. A. 1180. condita & relata in Cap. 3. X. *ne Clerici vel Monachi* &c. quoad Clericos idem innovatum est in Cap. 9. & 10. X. *ne Clerici*, quam BONIFACIUS VIII. confirmavit in Cap. 1. *ne Clerici* &c. in 6to.

tatem, *x*) Studium Medicum devolutum fuit ad Sæculares, interim adhuc Sæculis 14 & 15 dabantur Clerici Medici: celebre eatenus habemus exemplum in noſtra hiſtoria patria in Archiepiſcopo Mogunt. Petro, qui fuit Medicus, & ope artis Medicæ, dum curavit Clementem V. Pontificem, creatus fuit A. 1304 Archiepiſcopus Mogunt. conf. SERARIUS *in Hiſtoria Mogunt.* cum notis Ioannidis. p. 635. & MELCHIOR ADAMI *in Vitis Medicorum germ.* p. 1. imo adhuc Profeſſores Medicinae in univerſitate noſtra ſub initium Sæculi XVI. fuere Clerici & Canonici S. Stephani; quod conſtitutio bonorum Medi-

---

x) Non memorando Collegium Medicorum Salernitanum, quod jam circa medium Sæculi XII. formam Academiæ Medicæ induerat, & A. 1100 Carmina illa, quæ ſub nomine *ſcholæ Salernitanæ* nota ſunt, edidit. conf. præſatio ZACHARIÆ SYLVII ad editionem *Scholæ Salernitanæ* ab ipſo procuratam. Facultates Medicæ jam Sæculo XIII. in variis Academiis occurrunt, SIGONIUS *de Regno Italiæ* refert ad A. 1219. Breve HONORII III. ad Epiſcopum Bononienſem datum, *vi* cujus huic mandavit, *ut Theologiæ ſtudium in urbe aleret, neque Religioſos aut Juri Civili, aut Phyſicæ* (hoc eſt Medicinæ) *operam dare permitteret:* Conſequenter tum temporis jam in Univerſitate Bononienſi Medicina fuit tradita, & MURATORIUS *in Antiquit. Ital.* Tomo III. Diſſ. 44. p. m. 10. refert ex ROLANDINI *Hiſtoria Paduana*, quod A. 1262. in Univerſitate Paduana fuerint *tres profundi & periti Doctores in Phyſica* (h. e. Medicina) *& ſcientia Naturali:* paulo poſt etiam ibi floruit MATHÆUS SILVATICUS, cujus liber *de Medicina* adhuc hodie ſupereſt, & l. c. in *ſtatutis Ferrarienſibus* ad A. 1264. legitur, *quod omnes docentes in ſcientia legum & Medicina, & in artibus Grammaticæ & Dialecticæ ire ad exercitum aut aliquam facere cavalcatam non cogantur.* De cætero tamen non omnibus Academiis tempore fundationis addita fuit facultas Medica, aliis ſerius acceſſit, aliæ adhuc hodie hac facultate deſtituuntur.

Medicorum in repub. ad felicitatem pub. non parum conferat, deduxit MURATORIUS in Tractatu *della publica felicita Oggetto de buoni principi* Cap. XI. *della medicina.* y) Officium autem horum Medicorum Corporis in eo consistit, ut partim homines a morbis & infirmitatibus præservent, partim ægrotantibus idonea remedia pro reparanda valetudine adversa suppedident, & hæc de medicis Corporis. z)

Quamvis autem illud, quod ad præservandam vel restituendam Corporis sanitatem spectat, in sensu proprio & litterali Medicinæ nomine veniat, illius tamen vocabuli significatus per Metaphoram ad omne illud, quod a corruptione servandum, vel jam depravatum integritati suæ restituendum est, comparatione quadam extendi solet, & ex eodem fundamento etiam omne illud, quod in rebus vitiosum est, morbum appellari scimus, & sub hac forma Medicina quoque reliquis extra Medicam facultatibus merito vindicatur, & Medici in sensu morali sunt quoque tam Philosophi, quam Theologi, & quidem quod Philosophos concernit, passim veteres Philosophi: Cicero, Seneca & alii, in medio ævo Boëthius, uti & recentiores immoderatos animi affectus & vitia morbis compararunt, tranquillitatem

y) Ibidem defendit Medicos contra Zoilos dicentes illos esse Scharletanos, emunctores crumenarum &c. de cætero *vitas celebrium Medicorum* descripsit MELCHIOR ADAMI, *Numismata memorialia celebrium Medicorum* collegit cit. MOEHSEN: *Verzeichnus einer Sammlung von Bildnissen gröstentheils berühmter Aerzte* prodiit Berolini 1771.

z) Hæc exegesis Historica Medicorum corporis forsan eo magis erit accepta, cum hactenus nemo, quantum mihi constat, argumentum hoc methodo a me usitata pertractarit, & forsam plurimi etiam Medici fata Historica suæ artis ignorent.

animi autem ac virtutes Medicinis morbos hosce curantibus. *a*) Sanitatem animi in tranquillitate mentis constituerunt Stoici teste CICERONE *Tusculanarum quæstionum* L. I C. 4 econtra quamlibet animæ perturbationem morbum compellarunt teste eodem l. c., morbo huic propellendo Philosophiam promtam Medicinam fore arbitrati sunt, *itaque quid*: inquit CICERO, *qui pecuniæ cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, quorumque ita perturbantur animi, ut non multum absint ab*

a) ANT. ALFONSUS DE SARASA artem semper gaudendi in tranquillitate animi fundat in celebri suo tractatu, cui titulus: *Ars semper gaudendi ex principiis divinæ providentiæ & rectæ conscientiæ deducta.* Dissertationis Inauguralis Ethico Philosophicæ in partem II. Ethices *de Passionibus animæ & Virtutibus Moralibus ad animum moribus homine dignis excolendum*, quam A. 1744. una cum Thesibus ex universa Philosophia pro suprema Philosophiæ laurea obtinenda in Universitate nostra propugnaveram, sequens erat initium: „ De cultura „ animi morumque homine dignorum institutione dissertaturi Medicos, quorum studium eo collimat omne, ut aut vegetum conservent, aut si debile ac infirmum est corpus, pristino restituant „ vigori, imitemur oportet, nam quemadmodum hi id, quod intendunt, assequi non possunt, nisi ex una parte perspectissimam „ habeant temperamentorum, omnigenorumque morborum naturam „ atque originem, ex parte vero altera parem teneant notitiam de „ virtutibus vegetabilium ac mineralium, quibus vel noxios humores „ expellant, vel æstum vehementiorem temperent, vel immoderatius frigus moderentur, ita nec animum hominis in officio continere, aut ad id, si deflexit, revocare poterit Ethicus, nisi perfectam passionum animi, quæ a TULLIO *motus & perturbationes a* „ STOICIS: *morbi & ægritudines* appellantur, moraliumque virtutum „ (tanquam pharmacorum) cognitionem assecutus fuerit. „ Philosophia etiam rationalis seu Logica passim *Medicina mentis* compellari solet. DIOGENES LAËRTIUS de Platone & Asclepione Medico hunc fecit versum: Τὼς δύ' Ἀπόλλων φῦσ' Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα, τὸν μὲν ἵνα ψυχὴν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σάοι.

ab insania, quod insipientibus contingit omnibus, nullane adhibenda curatio? utrum quod minus noceant animi ægrotationes, quam corporis? An quod Corpora curari possint, animorum medicina nulla sit? l. c. tandem addit: *est profecto animi medicina Philosophia.* Verum non solum Philosophi sunt Medici morales, sed & Theologi: necessaria enim quoque est animæ sua Medicina, quæ a morbis spiritualibus & internis liberanda, & suæ sanitati Christianæ est restituenda, vel si sana sit, à morbis ejusmodi præservanda: Deum tanquam animæ Medicum sæpius *in psalmis suis* invocavit DAVID, CHRISTUS se Medicum animæ professus est *Matthæi* IX. 12. *Lucæ* V. 11. *Marci* II. 17., qui non solum ipse, sed & post ipsum fundata ab eo Ecclesia medicinas animæ præscripsit: animæ Medicinas suppeditant potissimum Ecclesiæ ministri Episcopi, Confessarii & Parochi, quos ultimos præ aliis INNOCENTIUS III. Pontifex *Medicorum animæ* elogio insignivit in Cap. 13. X. *de pœnit. b)* ex Patribus Ecclesiæ græcæ Sæculo IV. S. EPIPHANIUS scripsit magnum illud opus de hæresibus, quod πανάριον *seu Arcam vel capsulam Medicam* ea ex causa nuncupavit, quod in eo non solum hæreticorum doctrinæ tanquam morbi epidemici & pestiferi exponantur, sed & contra tales lethales animæ morbos & contra venenatos hæreticorum morsus, prout ait, remedia suppeditentur; pariter JOANNES BUSSÆUS in facultate Theologica Universitatis nostræ sub initium prioris Sæculi Professor multis scriptis clarus inter alia edidit quoque πανάριον hoc est: *Arcam Medicam divinæ scripturæ, priscorumque Patrum adversus animæ morbos instructam* Moguntiæ & Lugduni impressam, ut taceam alios libros asce-

 ticos,

b) Commentationem de Medicorum animæ & corporis in servandis ægris conjunctione edidit GEORG. LUDOV. BOEHMER, optandum autem foret, ut idem Argumentum Canonista Catholicus pertractaret.

ticos, in quibus ad medicinam & medendi remedia ſpiritualia alluditur.

Quod autem etiam detur *Jurisprudentia medica*, & JCti quoque ſint Medici, potiſſimum hoc loco commonſtrandum quoque erit: Mentionem hujus Medicinæ legalis c) fecere non ſolum LUCIUS III. pontifex in Cap. 5. X. *de juramento calumniæ*, ubi ait *convenire novis morbis nova antidota præparari*, & tanquam antidotum juridicum morbo ex malitia & mendacio enato, oppoſuit juramentum calumniæ, ſed etiam imperatores, & quidem JUSTINIANUS in *Novella* CXI. pr. ubi enunciavit, *quod illud, quod medicamenta morbis præſtent, hoc exhibeant jura negotiis*, & DIOCLETIANUS & MAXIMINUS Imperatores in L. 8. C. *de evictionibus* reſcripſerunt: *in damnis, quæ te tolerare meminiſti, præſes Provinciæ medelam juris adhibebit.*

Quod autem in ſpecie concernit Jurisprudentiam partim forenſem, partim extrajudicialem, quot non remedia præſervativa applicare tenetur JCtus adhibendo varias cautelas, d) & reſervationes, e) nec non addendo varias pro circumſtan-

c) In alio ſenſu Medicina legalis eſt ſcientia tradens, qua ratione Materiæ Civiles, Criminales & Conſiſtoriales arti medicæ connexæ ſecundum principia Medicorum decidendæ ſint, ad quam ſcientiam Introductiones varii ſcripſere.

d) Quas ſuadet cauta providentia, ne locus fraudibus relinquatur. conf. MEVIUS P. III. *Dec.* 351. n. 8. SCHNEIDEWIN ad §. I. Inſt. *de Action.* n. 129. CARPZOV P. I. *Conſt.* 2. *Defin.* 15. n. 2. GAIL. L. I. *obſerv.* 61. n. 12.

e) STRYCK in Diſſ. *de Jure reſervationum*, item *de ſalvo regreſſu.*

ſtantiis *Clauſulas ſalutares*, inter quas præcipua fere eſt *clauſula ſalutaris libellorum*, *qua nobile Judicis officium imploratur*: magno eſt in pretio apud Doctores Juris Medicos hæc clauſula propter egregias virtutes, quas ipſi adſcribunt, hinc maximis eam exornant encomiis: comparatur autem ab illis in ſpecie *Herbæ Betonicæ*, f) eſt vero herba Betonica: (quæ & *Vettonica* a Vettonibus Hispaniæ populis, qui illam invenerunt, dicitur PLINIO *Hiſtor. Nat.* L. 25. Cap. 5.) tantæ efficaciæ, ut vehementiſſimos morbos tollere valeat, de qua peculiarem libellum conſcripſit ANTONIUS MUSA, cujus ſupra facta eſt mentio, & a quo Imperator Auguſtus olim ſervatus fuit, unde & apud Italos proverbium enatum eſt: *Tu pluribus Virtutibus præditus es, quam Betonica.* Cum itaque hæc clauſula dicatur omnia vitia libelli ſanare, placuit Doctoribus cum *herba Betonica* eam comparare: & ex eodem fundamento *Panaceæ* quoque ſimilis dicitur ab aliis JCtis medicis: eſt enim Panacea herba quædam a græcis vocibus πάντα ἀκεῖν dicta, quod omnibus morbis medendis par ſit, g) & communiter triplex dicitur: Heracea, Asclepia, & Chironia; ob quam comparationem Doctores aſſerunt hac clauſula omnibus libelli morbis uno quaſi collyrio mederi poſſe. h) Quot præſervativa porro non adhibent JCti circa teſtamenta? i) inter quæ pro præcipuo & maximе ſalutari ad

f) CELLARIUS *in Lexico lat.* ad hanc vocem.

g) CELLARIUS l. c. voce: *Penaces*, ubi Heracleum Penaces ſeu Herculeum in Italia & jugis Apennini naſci dicitur, & *Angelicum* eſſe ex Mathiolo refertur.

h) Conf. STRYCK in Diſſ. *de clauſula ſalutari libellorum* Cap. II. §. 1. ſeq.

i) Integrum Tractatum *de Cautelis Teſtamentorum* ſcripſit SAM. STRYCK.

ad ſanandos defectus teſtamenti celebratur *clauſula codicillaris. k*) Quot non ſuadent cautelas circa juramenta, *l*) contractus, *m*) & alia negotia Jureconſulti? *n*) quibus medicamentis ſæpius non eſt opus, ut *vulneratæ cauſæ medela feratur? o*) quanta experientia medica in Judice non requiritur, ut in Proceſſu tam civili quam criminali *ſanet nullitates* ab aliis commiſſas, ſi adhuc ſint ſanabiles? quot medicamenta non requirit Officium Judicis ſuppletorium, de quo mentio fit §. 34. *Inſtit. de Action.* & L. un. C. *ut quæ deſunt Advocatis, partim Judex ſuppleat? p*) quoties non tenetur *ſuccurrere læſis*, eosque tanquam Medicus *reſtituere* in

---

k) Licet nimias virtutes huic ſalutari clauſulæ teſtamentariæ ſæpius adſcribant Doctores, prout deduxit Jo. Sam. Stryckius in Diſſ. *de Clauſula Codicillari.*

l) Conf. Sam. Stryckii Tract. *de Cautelis Juramentorum.*

m) Idem Stryck in Tract. *de Cautelis Contractuum*, licet intempeſtiva ſæpe ſit ſollicitudo JCtorum Medicorum, dum nimia præſervativa Medicamenta & emplaſtra adhibent, de quibus egit Jo. Sam. Stryck in Diſſertationibus *de Jure ſuperflui, & cautela abundante circa jus perſonarum* II. *de Cautela in Contractibus abundante.* III. *de Cautela in Proceſſu abundante.*

n) Quin in hunc cenſum veniant plurimæ malitioſæ Coepollæ clauſulæ, de quibus Stryckius ait, quod recta in infernum deducant.

o) Conf. Stryck in Diſſ. *de remediis cauſæ vulneratæ propter amiſſas in proceſſu exceptiones.*

p) Udalr. Cramer *in denen Wetzlariſchen Nebenſtunden* P. XIV. p. 116. Struben *in denen rechtlichen Bedenken* P. I. N. 56. P. IV. n. 112. Puffendorff Tom. II. *Obſerv.* 113. Zaunschliffer in Diſſ. *de Officio judicis ſuppletorio.*

in integrum? ut plurima alia medicamenta juris civilis ſilentio prætercam: neque denegat auxilia medico Canonica Jus Eccleſiaſticum, & quidem cum Eccleſia non ſitiat ſanguinem, ſic Cenſuræ Eccleſ. Excommunicatio ſcilicet, ſuſpenſio & interdictum licet majores pœnæ Canonicæ ſunt tantum *Medicinales*, & non niſi eo fine adhibentur, ut vitiis infecti, vel in morbis putrescentes peccatores illis mediis ſpiritualibus ad ſanitatem animæ, & reſipiſcentiam eo citius reducantur; præterea ſanandi ſunt prius omnes occulto Simoniæ, vel alio morbo Eccleſ. laborantes, & eam ob cauſam excommunicationi forſan ſubjecti, antequam gratiam Eccleſ. impetrent a Pontifice; unde omnibus Reſcriptis gratiæ & Bullis confirmatoriis præmittitur ad illum ſaltem Actum conceſſionis abſolutio ab excommunicationis vinculo, ſi quod forſan impetrans incurrit: quot non opus eſt præſervativis & Cautelis Canonicis in Electionibus & poſtulationibus Prælatorum ad evitandas nullitates? & tamen vix non in omnibus Bullis Electionum confirmatoriis *clauſulæ defectuum & nullitatum ſanatoriæ* adjunguntur. Quæ in ſola materia beneficiali non neceſſaria ſunt media præſervativa, & clauſulæ ſalutares potiſſimum in reſignationibus in favorem, permutationibus, impoſitionibus penſionum & ſimilibus? ne commemorem remedia palliativa & emplaſtra, quibus ſæpius morbi occulti Eccleſiaſtici non ſanantur, ſed ſaltem, ne in foro externo clamores & ſcandala oriantur, occultantur. Potiſſimum autem ſe prodit JCtorum prudentia medica in ſanandis Reipub. morbis, CICERO *in Oratione pro ſylla* ait: *ex magnis & diuturnis & jam deſperatis reipub. morbis iſta repentina vis erupit, ut ea confecta & ejecta convaleſcere aliquando & ſanari Civitas poſſit.* Reipublicæ vulneribus Medicina juſtitiæ adhiberi dicitur in *Capitulationibus Regum francorum* apud BALUZIUM Tomo I. L. VI. p. 980.

HOBBESIUS in Tract. *de Civitate Eccles. & civili* Cap. 29. alios reipub. admodum molestos morbos febri tertianæ, alios pleuritidi comparavit, uti igitur cuilibet ægroto: (scribit BOEHMER in alleg. Diss.:) ita & laboranti etiam reipub. commoda & salutari Medicina prospiciendum & novis civium morbis nova quotidie antidota præparanda sunt.

Verum, ne in hoc Argumenti genere plus justo sim longior, sic ad vos me nunc converto prænobiles ac clarissimos DDnos Doctorandos, dedistis jam publica eruditionis vestræ in omnigeno jure acquisitæ specimina, exhibuistis in ipsis rerum Argumentis, quod sitis expertissimi JCti Medici, qui norunt Medicinas Juris tam præservativas, quam sanativas pro varietate casuum emergentium præscribere, nihil igitur vobis amplius quoad honores Academicos deficit, nisi ut suprema adhuc dignitate doctorali in utroque Jure exornemini. Duo autem in regula adhuc ex more & statutis Universitatis nostræ a Doctorandis præstanda sunt, & quidem *primo*, ut, cum Universitas nostra sit Catholica, illaque, prout ex numismatis in hac instaurationis solennitate cusis apparet, ab Eminentissimo nostro de novo Religioni nostræ Catholicæ & patriæ dicata sit, partim ex particulari Eminentissimi quondam Archiepiscopi & Principis Electoris Mogunt. Wolffgangi Universitati nostræ edito mandato juxta formulam a Pio IV. Pontifice præscriptam fidem Romano-Catholicam palam declarent, & jurejurando confirment, alterum autem est, ut Universitati, præprimis autem facultati nostræ juridicæ de servandis ejus statutis fidem dent, eamque sceptri Academici attactu in vim juramenti contestentur, cum autem prius jam præstiteritis, sic superest saltem, ut & posterius præstandum adhuc observetis.

Do-

Domine Pedelle ſtatuta prælege.

Antequam auten vos prænobiles ac clariſſimos Dominos Doctorandos ad Doctoratus juridici Gradum eveham, mearum adhuc eſt partium, ut more recepto quæſtionem Inauguralem præſenti feſtivitati accomodatam prius reſolvam, quæ talis eſt:

In quantum inſerviant Numismata ad probandas & illuſtrandas Academiarum Hiſtorias?

Cum juſſu Eminentiſſimi Principis noſtri ad tranſcribendam ad poſteros factæ ab Ipſo Inſtaurationis & celebrati tertii Jubilæi Univerſitatis noſtræ memoriam duo quoque cuſa ſint Numismata, non immerito hanc ordinationem paulo ante memoratæ quæſtioni anſam dediſſe, quivis facile animadvertet; Quod autem Hiſtoriæ tam ſacræ, *q*) quam profanæ omnis generis *r*) ex Numismatis, quæ ſunt monumenta publica rerum geſtarum per Orbem transmiſſa nec facile peritura, non ſolum illuſtrari, ſed & ſæpius plene probari poſſint, alibi jam fuſius deduxi; *s*) quod igitur & Hiſtoriæ Univerſitatum ex Numismatis, ſi talia proſtent,

C 2 quoad

q) Et quidem tam veteris, quam novi Teſtamenti, id quod multis exemplis demonſtravi in Diſſ. *de Probatione per Numismata in ſacris:* pari modo Hiſtoriæ Eccleſiarum particularium exinde ſæpius capiunt ſuam lucem, prout patebit ex Diſſertatione adhuc edenda *de Re numaria Epiſcoporum & Capitulorum Cathedralium in Germania.*

r) Nihil dicendo de Hiſtoria græca & Romana, novorum quoque Regnorum Hiſtoriæ veluti Germaniæ, Galliæ, Angliæ & Sueciæ &c. ex numis egregie illuſtrari poſſunt.

s) Cit. Diſſ. *De probatione per Numismata in ſacris.*

quoad varia capita dilucidari, exornari, nec non pro circumſtantiis plene probari poſſint, nemo, niſi elegantioris litteraturæ plane expers, vocabit in dubium. Licet autem Univerſitates jam olim adhibitis multis Ceremoniis & Solennitatibus ſint inauguratæ, & evolutis a fundatione annorum centuriis Jubilæa fuerint celebrata, habitis Orationibus, Diſputationibus, & Promotionibus doctoralibus, attamen de cudendis numismatis, quæ in Orbe litterato tales Actus ab oblivione ſervant, antiquitus haud fuit cogitatum, ſed demum a prioris ſæculi initiis, ex quo tempore innotuerunt magis variis in locis elegantiores litteræ, & Ars numismatica potiſſimum exculta fuit, etiam ob Actus Univerſitatum memorabiles edita Numismata publicum conſpectum ſubiverunt, adeoque ab illa demum Epocha Academiarum Hiſtoriæ numismatis probari & illuſtrari poſſunt. *t*)

Quænam autem ſint illa Capita in Hiſtoriis Academiarum per Numismata illuſtranda, præſens determinatio partim ſignificabit, partim multis exemplis comprobabit: ad *primum* autem *Caput* merito referendæ ſunt fundationes & Inaugurationes primævæ ſtudiorum generalium & 1*mum* quidem ex-

t) GOD. DAN. HOFFMANN in Program. A. 1768. edito *von dem Müntzweeſen derer Univerſitäten vornemlich ihrer Rectorum magnificentiſſimorum* p. 4. ſeq. putat Univerſitatibus a principibus & dominis territor. jus monetandi proprio nomine concedendum eſſe, cum etiam multa alia corpora mediata eg. Civitates municipales, Capitula Eccleſiarum &c. gaudeant tali prærogativa, verum non ambient Univerſitates exercitium hujus Regalis contentæ, ſi aliis convenientibus Privilegiis ſint decoratæ: jus tamen cudendi numos ſupputatorios (Jettons) exercet ab antiquo facultas Medica Pariſ., in quibus variæ Decanorum facultatis Medicæ effigies repræſentantur. Conf. MOEHSEN l. c. P. I. p. 377. ſeq.

exemplum eatenus nobis ſiſtit *Academia Altorfina*, dum enim A. 1623. conceſſis Senatui Civitatis Norimberg. ab Imperatore Ferdinando II. pro tribus facultatibus: Juridica ſcilicet, Medica, & Philoſophica Privilegiis inaugurata fuit hæcce Univerſitas, in rei memoriam duo cuſa ſunt Numismata, in quorum *primi* antica conſpicitur aquila Imperialis coronata in pectore ſcutum auſtriacum gerens, ſuper quam lux cœleſtis diffunditur: ſubjecta ſunt huic aquilæ inſignia Caſtri & Civitatis Norimb. addita inſcriptione: FERDINANDI II. ROM. IMP.*eratoris*, HUNG.*ariæ* REGIS, PAT.*ris* PATRIÆ, quæ inſcriptio continuatur in poſtica ſequenti modo: PRIVIL.*egia* DOCTOR.*alia* COSS.*ulibus* & SEN*atui* REIPUB.*licæ* NORIMB. PROMOTORIBUS C.*onceſſa* ALTORF.*inæ Academiæ*, de cœtero proſtat in medio poſticæ pileus Doctoralis impoſitus libro aperto, cui inſcripta ſunt verba græca: TH APETH TH KAI TIMH, notato Anno MDCXXIII. hæc circumdant ſeptem ſcuta Senatorum Norimb. ſecretioris Conſilii inflexa lauris & appoſitis litteris nominum initialibus. *Alterum* numisma minoris moduli quadratum in Adverſa refert inſigne Norimbergenſe, in averſa autem legitur: UNIVERSITAS ALTORFINA CREATA A. MDCXXIII. *u*) huic accedit in ordine II*da Academia Harderwicenſis* in Geldriæ Ducatu recentius fundata; cum enim hæc poſt conditam pacem Weſtph. A. 1648. ſolenniter inauguraretur, in rei memoriam numisma duos unciales pondere adæquans in forma majori fuit cuſum, antica illius exhibet duos Leones coronatos ſibi ad-

u) Conf. JOH. CHRISTIAN. KUNDMANN *Die hohen und niedern Schulen Teutſchlandes inſonderheit des Herzogthums Schleſiens mit ihren Bücher-vorräthen in Müntzen* p. 688. Tab. XX. n. 85. prima hæc fuere Numismata Univerſitatis gratia cuſa.

versos cum mitra ducali tanquam insigne Geldriæ Ducatus addita Epigraphe: VICTORIÆ PRÆMIUM LIBERTAS, in postica autem legitur hæc Inscriptio in circuitu vitibus ornata: PACE DOMI FORIQUE SANCITA ACADEMIA HARDERVICI FUNDATA ILL.*ustrissimi* ORDINES DUC.*atus* GEL.*driæ*, COM.*itatus* ZUT.*phaniæ* IN REI MEMORIAM HUNC NUMMUM CUDI FECERUNT. 1648. *w*) III.) Dum A. 1694. *Universitas Hallensis seu Fridericiana* a Friderico III. Electore Brandenburg. fundata, inaugurata fuit, quinque cusa sunt Numismata: *primum* duos unciales pondere æquans exhibet in adversa protomen Electoris cum Inscr. FRIDER. III. D. G. M. BRAND. S. R. I. A. C. & ELECT., in aversa Mars & Pallas super aram ignitam manus jungunt, e longinquo conspicitur Civitas Hallensis cum Lemmate: FELICITATI TEMPORUM, in segmento inferiore legitur: ACADEMIA HALLENSIS IN MEDIO BELLO FUNDATA MDCXCIV. *alterum* Numisma unciale in adversa eandem cum priori refert protomen cum duplici circumscriptione, & quidem in exteriore hic ex JUVENALI versus legitur: RESPEXIT TRISTES HAC TEMPESTATE CAMOENAS. interior. autem inscriptio habet: FRIDER. III. D. G. ELECT. BRAND, in aversa cernitur bifidus Heliconis mons, in quo alatus Pegasus sua ungula fontem Hippocrenem aperit, ex quo flumen profluit cum Epigraphe desumta *ex L. V. Metamorph.* OVIDII: FAMA NOVI FONTIS. in segmento legitur: ACADEMIA HALLENSI FUNDATA, *Die 1. Julii* 1694. In *tertio* Numismate semiunciali ejusque parte principali conspicitur quater in forma Crucis positum monogramma Electorale, quorum cuivis imminet pileus Electoralis, inter 4. monogrammata quater occurrit numerus. III. ad denotandum Fridericum

w) Conf. idem KUNDMANN l. c. p. 722. Tab. XXIV. n. 107.

ricum III. hujus nominis inter Electores Brand., in medio extat in scutulo sceptrum Archicamerariatus insigne. Altera pars Numismatis similis est adversæ secundi Numismatis paulo ante descripti.

Quartum Numisma majus Unciæ & dimidiæ exhibet in Antica protomen Electoris cum solita nominis inscriptione, in postica autem Jovem Patrem Palladis sedentem, qui dextera incumbente scuto Brandenburg. tenet sceptrum, sinistra porrigit Palladium fœminæ genuflexæ corona turrita Caput tectæ, quæ Civitatem Hallensem repræsentat cum Lemmate ex OVIDIO: TANTI MIHI MUNERIS AUCTOR in segmento legitur: OPT.*imus* PRINC.*eps*. ACAD.*emiam* CONDIT. CIVIT.*ati* HALLENSI.

In *quinti* Numismatis *4tam* partem Unciæ adæquantis aversa stans in nido Pelicanus pectus aperit, sanguine pullos nutriens, cum Epigraphe: NOVA STUDIORUM LANGUENTIUM MATER. in parte reversa legitur inscriptio: ACADEMIA HALLENSIS FRIDERICIANA INAUGURATA FRIDERICI III. ELECT BRAND. NATALI XXXVIII. Kal. Jul. MDCXCIV. (*x*).

IV. Dum A. 1702 Leopoldus Imperator *Studium* PP. Soc. J. *Academicum Wratislaviense* immutavit in Universitatem, duo prodiere Numismata, in *primi* semiuncialis Antica cernitur protome Leopoldi cum circumscriptione: LEOPOLDUS D. G. ROM. IMP. AUG. GERM. HUNG. BOHEM. REX; in postica

---

x) Cit. KUNDMANN p. 732. seq. Tab. XXV. n. 108. seq. JOAN. DAV. KOEHLER *Müntzbelust*, P. VII. p. 169. TENZEL *Monatliche Unterredungen* A. 1694. mens. Jul. p. 511. seq. DREYHAUPT *in der Beschreibung des Saalcreyses* Tom. II. p. 1. seq.

tica proſtat idem Imperator in habitu militari Romano expanſis brachiis d. enſem, ſ. librum apertum tenens cum Epigraphe: PELLO DUOS TAM DOCTRINÆ, QUAM REGNI INIMICOS. retro Imperatorem conſpicitur Urbs Wratislavienſis, in baſi legitur: ACADEMIAM LEOPOLDINAM MEDIA INTER ARMA FUNDANS WRATISLAVIÆ FESTO S. LEOPOLDI D. XV. *Novemb.* A. MDCCII. in margine exteriore occurrit conſuetum Leopoldi ſymbolum: CONSILIO ET INDUSTRIA.

Alterum minoris moduli Numisma nonniſi ex inſcriptionibus conſiſtit, in parte priore in medio legitur: IMP. CÆSAR LEOPOLDUS, PIUS FELIX, AUG.*uſtus*; in margine autem: MARS ATQUE MINERVA IN UNA SEDE MORANTUR. in parte poſteriore Numismatis in medio: ACADEMIA LEOPOLDINA WRATISLAVIÆ, in circumferentia: FELICITER INAUGURATA FESTO S. LEOPOLDI XV. NOV. 1702. *y)*

V. Occaſione noviter fundatæ a Georgio II. magnæ Britanniæ Rege & Electore Brunswico-Lüneburg. *Univerſitatis Göttingenſis ſeu Georgiæ Auguſtæ* A. 1734. cuſum fuit ſplendidum Numisma duas Uncias adæquans, in cujus *Antica* proſtat protome Georgii II. laureati, cum circumſcriptione: GEORGIUS II. D. G. MAGNÆ BRIT.*anniæ* F.*ranciæ* & H.*iberniæ* REX, F.*idei* D.*efenſor*, B.*runswici* & L.*üneburgi* D.*ux* S. R. I. A.*rchi* T.*heſaurarius* & E.*lector*. poſtica repræſentat terras germanicas hujus Regis in figura fœminæ corona turrita ornatæ ſub ejus regimine ſecure ſedentis, dextero brachio incumbit ſcuto Civitatis Göttingenſis, ſiniſtra manu tenet cornu copiæ in ſinu reclinatum, a latere dextero conſpicitur

---

y) KUNDMANN l. c. p. 127. ſeq. Tab. VIII. n. 23. ſeq.

tur menſa cum libro aperto, in terra autem globus terreſtris, & quædam inſtrumenta Mathematica ſunt poſita, in latere ſiniſtro conſpicitur regio bene culta cum flumine, quod denotat Linam, quæ alluit Göttingam: ſupra volans genius huic fœminæ laurum imponit cum Epigraphe: IN PUBLICA COMMODA; in ſegmento infer. legitur: ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA GÖTTINGÆ FUNDATA. MDCCXXXIIII. z)

In memoriam inaugurationis autem hujus Univerſitatis *quatuor* cuſa ſunt numismata, *primi* tres uncias cum quadrante ponderantis in adverſa facie idem eſt cum priori Numismate typus, in averſa autem occurrit inſcriptio: UNIVERSITAS GEORGIA AUGUSTA, QUOD FELIX FAUSTUMQUE SIT, INAUGURATA GÖTTINGÆ DIE XVII. SEPTEMBR. ANNO MDCCXXXVII. *a*) *ſecundum* quoad utramque faciem priori plane concordat, niſi quod ſit minoris moduli. *b*) *tertium* unciale Numisma in antica pariter ſiſtit protomen Georgii Regis, in poſtica autem ſe offerunt eruditio ſub figura Palladis & ditio Brunswico Lüneburgenſis ſub figura fœminæ ſiniſtra cornu Copiæ & remum tenentis, dexteras ſupra aram, in qua liber apertus eſt poſitus, jungunt cum epigraphe: MUSARUM JUNGIT AMORES. infra legitur: ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA GÖTTINGÆ INAUGURATA D.*ie* XVII. SEP.*tembris* MDCCXXXVII. *c*)

D *Quarti*

z) JO. DAV. KOEHLER l. c. P. IX. P. 233. KUNDMANN l.c. p. 738 ſeq. Tab. XXVI. n. 113.

a) KOEHLER l. c. p. 297. KUNDMANN l. c. p. 739. ſeq. Tab. cit. n. 114.

b) KUNDMANN l. c. p. 740. & Tab. cit. n. 115.

c) KOEHLER l.c. p. 305. KUNDMANN l. c. & Tab. cit. n. 116.

Quarti Numismatis adverſa prioribus eſt ſimilis, in reverſa autem conſpicitur Arbor fructifera cum lemmate: UT CAPIANT FRUCTUS, in ſegmento inferiore autem eſt pariter eadem cum prioribus inſcriptio. *d*)

VI. Dum eodem Anno 1734. Princeps & Abbas Fuldenſis ex celebri Dalbergiorum familia fundavit *Univerſitatem Fuldenſem*, ſeu a ſuo nomine dictam Adolphianam; ſplendidum Numisma trium unciarum & dimidiæ cuſum fuit: pars ejus adverſa repræſentat Collegium Academicum, a cujus dextro latere fœmina Univerſitatem denotans d. tenet inſigne Pontificis Clementis XII., qui Privilegia neo-Univerſitati contulit, ſ. tenet Globum, Gnomonem & Circulum, ad pedes Galea plumis ornata proſtat, ex latere ſiniſtro Apollo laureatus d. lyram, ſ. inſigne Imperiale tenet, ad denotanda Privilegia Neo-Univerſitati ab Imperatore conceſſa, ad pedes ejus jacet pharetra cum ſagittis, ſupra volat Mercurius d. Caduceum, ſ. inſigne fundatoris geſtans, primo inſigni adſcriptum eſt, ECCLESIÆ, ſecundo: IMPERIO, tertio PATRIÆ, infra legitur: SAPIENTIA ÆDIFICAVIT DOMUM 1734. in parte averſa eſt inſcriptio: ADOLPHIANA FULDENSIUM ACADEMIA CUM PRIVILEGIIS CLEMENTIS XII. PONT. MAX. ET CAROLI VI. AUG. AB ADOLPHO PRINCIPE CONDITA ET FUNDATA. MDCCXXXIV. *e*) VII. in memoriam fundatæ

A.

---

d) KOEHLER l. c. p. 315. KUNDMANN l. c. Tab. cit. n. 117.

e) KUNDMANN l. c. p. 747. Tab. XXVII. n. 118. primus in hac Univerſitate Jurium Doctor promotus fuit Petrus Nic. Unkraut Canonicus Colleg. S. Joannis Moguntinæ, dum antea defenderat Diſſertationem Juridicam *de 4 Elementis*, expoſt ad Univerſitatem noſtram Mogunt. receptus obiit hoc A. 1784., dum vix antea tanquam ſenior inter Doctores Juris munus Regentis Univerſitatis ex facultate Juridica obtinuerat.

A. 1743. *Universitatis Erlangensis* cusa sunt varia Numismata, eorum *primum* unciale repræsentat Ecclesiam apertam cum altari, in cujus summitate pendet effigies Friderici Marchionis Brandenburg. Universitatis hujus fundatoris, in Ecclesia ex una parte prostat Universitas in figura mulieris librum apertum tenentis, ex altera parte autem Pallas & Justitia cernuntur cum Epigraphe: HISCE PRÆSIDIIS TERQUE QUATERQUE BEATA, in segmento inf. autem legitur: ACADEMIA FRIDERICIANA FELICITER INSTAURATA ERLANGÆ D. IV. NOV. MDCCXLIII., in altero latere conspicitur civitas Erlangensis, supra quam volat aquila coronata Borussica sceptrum tenens, e cujus collo pendet insigne Marchionis, aquilæ imminet Jehova cum inscriptione: SIC FULTA DURABIT, aliud numisma de eadem Academia refert DE HASEN *in seinem Original Müntz Cabinet.* p. 464. quod sic descripsit: *eine Müntz auf die Stifftung der Universitæt Erlang de A.* 1743. *mit*: PERSTA ET OBDURA, TURBA INIMICA CREPET. de cœtero etiam in memoriam conditæ A. 1760. *Academiæ Bützoviensis* cusa quoque sunt Numismata, quæ autem haud vidi, consequenter nec describere possum; occasione conditarum Academiarum scientiarum, *f*) & Artium, *g*) fundatorum Gymnasio-

D 2 rum,

f) Veluti occasione fundatæ A. 1663. a Ludovico XIV. Galliarum Rege Academiæ Inscriptionum & Numismatum, KOEHLER l. c. P. IX. p. 361. & institutæ ab eodem A. 1666. Academiæ scientiarum. KOEHLER l. c. P. XIV. p. 410. nec non in memoriam conditæ a Friderico I. Berolinensis. KUNDMANN l. c. p. 761. seq.

g) Veluti occasione fundatæ a Ludovico XIV. Gall. Rege A. 1663. Academiæ pictorum & sculptorum, KOEHLER l. c. P. XIV. p. 410. & A. 1671. ordinatæ Academiæ Architectonices, KOEHLER l. c. p. 419., uti & Berolinensis Academiæ pictorum & sculptorum de A. 1701. KUNDMANN l. c. p. 762.

rum, *h*) nec non institutarum societatum litterariarum *i*) plurima quoque cusa sunt Numismata, quæ autem extra præsentis determinationis objectum versantur.

Secundam occasionem cudendi Numismata Universitatum offerunt illarum Jubilæa, si Anni Sæculares a tempore fundationis vel inaugurationis earum numerentur, & eatenus quoque plura proferri possunt exempla & numismata;

I*mum* Offert *Universitas Marburgensis*, dum enim A. 1627. celebratus fuit ab inauguratione Annus Sæcularis primus, cusum fuit numisma semiunciale, in cujus adverso latere protome Georgii Landgravii Hassiæ sistitur cum duplici circumscriptione: interior hæc habet: GEORGIUS D. G. HASSIÆ LANDGRAVIUS FIERI FECIT. 30. MAJI ANNO 1627. in exteriore legitur: AD DIVINI NUMINIS CELEBRATIONEM, IMPERAT.*oris* ROM.*ani* VENERATIONEM, REIPUBLICÆ CH.*ristianæ* EX-

Æ.

h) Veluti occasione Gymnasii Posouiensis inaugurati A. 1656. KUNDMANN p. 594., *Stutgardiensis* A. 1685. KUNDMANN l. c. p. 595. *seq.* JOH. JAC. MOSER *Schwäbische Merkwürdigkeiten.* de A. 1751. p. 282. n. 169. & 172. aurei cusi eodem tempore extant in *Monnoies en or du Cabinet Imperial* p. 193. n. 5. & 6.

Wratislaviensis S. Mariæ Magd. 1710. KUNDMANN p. 43. & MADAI *Vollständiges Thaler Cabinet* P. II. p. 738. n. 4798., & Academiæ equestris Ultrajectinæ inauguratæ A. 1705. KUNDMANN p. 717. in quibus Numismatis Passim inscriptiones: *Religioni & litteris*, *Religioni*, *litteris & patriæ* &c. occurrunt.

i) Talia Numismata prostant societatis fructiferæ *der fruchtbringenden Gesellschaft* p. 764. & Societatis Aletophilorum Berolinensis KOEHLER l. c. P. XII. p. 369. KUNDMANN p. 764. de cætero optandum foret, ut & alibi societates φιλαληθῶν instituerunt.

Ædificationem. & in adverso latere in Circuitu: ACADEMIA MARBURGICA PIETATIS, SAPIENTIÆ ET VIRTVTIS OFFICINA, in medio: A PHILIPPO HASSIÆ LANDGRAVIO PIE FUNDATA, WILHELMO ET LUDOVICO JUNIORE PRUDENTER RESTAURATA, ET LIBERALITER AMPLIFICATA, GEORGIO SÆCULARI FESTO, ALIISQUE BENEFICIIS LAUDABILITER ORNATA. *k*) similiter

II. A. 1667. celebravit *Universitas Argentoratensis* suum primum Jubilæum, & ea occasione Magistratus civitatis cudi curavit numisma, in cujus prima facie Maximilianus II. Imper. sedens in solio, cui imminet aquila Imperialis, d. porrigit flectenti viro seu Burgi magistro civitatis privilegia Universitatis, f. tenet palmam e cœlo splendente luce cum Epigraphe: MUNERE DIVI MAXIMILIANI II. AUG.*usti*, in basi legitur: KAL. MAJI 1567., in secunda numismatis facie occurrit inscriptio: MEMORIA SÆCULARIS ACADEMIÆ ARGENTINENSIS MDCLXVII. subjuncto civitatis insigni. *l*)

III. Occasione primi Jubilæi A. 1676. celebrati ab *Universitate Julia seu Helmstadiensi* duo cusa sunt numismata, in quorum *primi* uncialis antica occurrunt insignia Universitati a Maximiliano II. collata scilicet: Samson disrumpens fauces Leonis, quem in bino latere, luna cum Stella & sol comitantur. *m*) Supra legitur: EX FORTI DULCEDO, infra autem:

 IN-

k) KUNDMANN p. 673. Tab. XIX. n. 80.

l) *Catalogue des Monnoies en argent, qui composent une des differentes parties du Cabinet Imperial* &c. p. 554. KUNDMANN p. 679. Tab. XI. n. 82.

m) Eadem occurrunt in Sigillo hujus Universitatis conf. JOANNIS GEORGII HAGELGANS *Orbis literatus Germanico-Europæus in synopsi repræsentatus* p. 11.

INSIGNIA ACADEMIÆ JULIÆ. Poſtica exhibet hanc inſcriptionem: Anno MDCLXXVI D.*ie* XV. OCT. MEMORIA SÆCULARIS CELEBRATA ACADEMIÆ JULIÆ A DIVO JULIO D.*uce* B.*runswicensi* ET L.*üneburgensi* HELMSTADII SAXONUM FUNDATÆ A. MDLXXVI. D.*ie* XV. OCT. DEO OPT.*imo* MAX.*imo* PER SERENISS.*imos* PRINCIPES AC DOM.*inos* DN.*um* GEORGIUM WILHELMUM, DN.*um* JOHANNEM FRIDERICUM, DN.*um* RUDOLPHUM AUGUSTUM DUCES BRUNSWIC. ET LÜNEBURG. EANDEM CLEMENTER CONSERVANTES ET PROTEGENTES. *n*)

In *ſecundi* Numiſmatis facie priore per 4. palmas plantatas circa fontem ſalientem, a quo rigantur, repræſentantur 4. facultates, ſupra exſurgit equus Lüneburgicus cum inſcriptione: RIGANTUR, UT ORNENT. poſterior facies offert inſcriptionem: ÆTERNIT.*ati* SACR.*um* ET FAUSTÆ MEMORIÆ DIRECTORII ACADEMICI SERENISS*imi* PRINC*ipis* AC DOM.*ini* DN. JOHANNIS FRIDERICI DUCIS BRUNSW. ET LÜNEB. SUB QUO ACADEMIA EXACTO A FUNDAT.*ione* SÆCULO PRIMO ALTERUM INGRESSA D.*ie* XV. OCT.*obris* A. MDCLXXVI. MIRENTUR POSTERI: INTER ARMA VIGENT MUSÆ. GLORIA PRINCIPUM FELICITAS SÆCULI. *o*)

IV. Dum A. 1682. primum Jubilæum *Univerſitatis Würceburgenſis* a tempore novæ fundationis a Julio Epiſcopo Her-

n) *Catalogue des monnoies en argent* &c. p. 532. KUNDMANN p. 683. ſeq. & Tab. XX. n. 83. KOEHLER l. c. in Præfat. ad P. VII. p. 17. conf. DAVID OTTON. WAHRENDORFFS *Rede auf die Gedächtnus Müntz, darmit Herzog Ludwig Rudolph die Profeſſores und Studirende auf der Julius Univerſität begnädiget.* Helmſt. 1731.

o) *Catalogue des monnoies en argent.* &c. l. c. KUNDMANN l. c. p. 685. Tab. cit. n. 84. MADAI l. c. P. I. p. 756. n. 3273.

Herbipol. A 1582. factæ celebrabatur juſſu Petri Philippi Epiſcopi Bamberg. & Herbipol. ex Dernbachiorum familia, numiſma quatuor Unciarum & dimidiæ in rei memoriam tum temporis cuſum, ex uno latere exhibet protomen prædicti principis in habitu talari cum Inſcriptione: PETRUS PHILIPPUS D.G. EP.*iſcopus* BAM.*bergenſis* ET HER.*bipolenſis* S. R. I. P.*rinceps* F*ranciæ* O.*rientalis* D.*ux*; ex altero autem latere manus e nubibus protenſa tenet duo ſcuta invicem ligata, quorum prius baltheum dexterum argenteum tribus annulis cærulæis impoſitum in campo cæruleo exhibens eſt inſigne Echterorum a Mespelbrunn, ex qua fuerat Julius Epiſcopus Herbipol. novus fundator Univerſitatis, alterum autem cum tribus cordibus eſt inſigne familiæ Dernbachianæ, ex qua ortus erat Petrus Philippus: horum ſcutorum cuivis ſuppoſiti ſunt rami palmæ & olivæ. Circumſcriptio ſuperior exhibet ſequens chronographicum: ABIT ANNVs CENTESIMVs FVNDATAE VNIVERsITATIs HERBIPOLENsIs. Inferior autem Lemma: *ſub bina triade glorioſior.* p)

V. Celebrato ab *Univerſitate Heidelberg*: A. 1686. Jubilæo tertio duo in rei memoriam cuſa ſunt numiſmata, in *prioris* quatuor unciarum Antica exhibetur inſigne Univerſitatis ſeu ſigillum, in quo S. Petrus cum Clave ſedens in Cathedra operis Gothici repræſentatur, ex utroque latere autem uno genu flectunt duo Principes Palatini cataphracti, quorum unus inſigne Bavaricum, alter Palatinum offert cum

p) KUNDMANN l. c. Tab. XIX n. 81. ſcatet autem erroribus facta ab ipſo illius Numiſmatis Deſcriptio p. 676., & per binam triadem in lemmate alluditur ad triadem annulorum & cordium in inſignibus conſpicuorum.

cum circumscriptione: UNIVERSITATIS HEIDELBERG. FESTUM SÆCULARE III. in postica extat Inscriptio: D. O. M. S. FUNDATA MCCCXLVI. INTRODUCTA XVIII. OCTOB. MCCCXXCVI. A RUPERTO SENIORE ELECT. PALAT. NUNC SUB AUSPICIIS SEREN. DNi PHILIPPI WILHELMI EL.*ectoris* PALAT.*ini* EJUSQUE FILIO DN.*o* FRIDERICO WILH.*elmo* RECT.*ore* MAGNIFICENTISS.*imo* MDCXXCVI. $\frac{XXV}{XV.}$ NOV. JUBILEUM CELEBRAT. r.) in *posteriore* Numismate minoris moduli solummodo prædicta Inscriptio divisa in bino numismatis latere occurrit. s.)

VI. pariter occasione tertii Jubilæi celebrati ab *Universitate Erfordiensi* A. 1692. cusum fuit minutum Numisma: unius drachmæ & dimidiæ, in cujus antica legitur: ACADEMIAE ERFURTENSI CCC. ANNOS FLORENTI SACRUM. in postica autem: RECTORE NICOLAO DE GOUVERNEUR ABBATE S. PETRI REVERENDISS*imo* ANNO JUBILÆO MDCXCII. in margine exteriore denique: INAUG.*urata* AN.*no* MCCCXCII. RECTORE LUDOVICO MÜLLERO ARNSTADIENSI. (*t*)

VII.

---

q) Conf. cit. HAGELGANS l. c. p. 10.

r) Æri incisum in *Catalogue de monnoies en argent.* p. 531. n. 4. KUNDMANN l. c. p. 607. Tab. n. 42. conf. MADAI l. c. P. I. n. 2372. THULEMARIUS *de Octoviratu* C. XXIX. §. 25. p. 569.

s) Produxit illud JOACHIM in des Groschen Cabinets II. Fachs Tab. XVIII. n. 149. KUNDMANN l. c. p. 612. & Tab. cit. n. 43.

t) KOEHLER l. c. P. XII. p. 169. KUNDMANN p. 617. Tab. XIII. n. 44. *Hamburgische Remarquen auf das Jahr* 1706. p. 91. MADAI. l. c. P. I. n. 2373.

VII. Dum *Universitas Wittenbergensis* a Friderico sapiente Electore Sax. fundata A. 1702. celebravit Annum saecularem secundum, solennitas haec quatuor etiam decorata est Numismatis, in quorum *primi* uncialis parte anteriore cernitur princeps Electoralis haeredit. (postea Polonorum Rex) in habitu Electorali volens apprehendere pallium Rectorale, & duo sceptra Academica in mensa posita, supra illum fama volans d. palmam gerens, s. tubam inflat cum Epigraphe: FELICI AUGENDÆ LITTERARUM GLORIÆ AUSPICIO. Circumscriptio autem in tribus lineis est sequens: FRIDERICUS AUGUSTUS, ELECTORATUS SAXONIÆ HÆRES, RECTOR MAGNIFICENTISSIMUS, ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS XV. KAL. NOVEMBR. A. MDCCII. SECUNDO ACADEMIÆ SÆCULARI. Pars Numismatis posterior refert Civitatem Wittenbergensem, supra quam oritur sol cum lemmate: SOLE ORIENTE NOVO SIT WITTEMBERGA PERENNIS. *u*)

In *secundo* Numismate extat protome ejusdem Principis haereditarii Cataphracti & laureati cum circumscriptione in duplici circulo: FRIDERICUS AUGUSTUS REGIUS PRINCEPS ET ELECT.*oratus* SAX. HÆRES Rector MAGNIFICENTISSIMUS ACADEMIÆ WITTENB.*ergensis*, in altera superficie conspicitur Civitas Wittenb., cui imminet scutum, in quo ne scriptum est nomen *Jehova*: in circuitu interiore legitur: DIVINÆ SEDES DOCTRINÆ *w*) FIRMA MANEBIT, & infra in segmento: ANNO MDCCII. XIIX: OCTOB., in circuitu exteriore autem:

E FELI-

u) KUNDMANN p. 620. Tab. XIII. n. 45.

w) Hoc est: *sedes doctrinæ Lutheri Wittenbergæ primitus divulgatæ.*

FELICITATI LITTERARUM SÆCULUM SECUNDUM ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS. *x*)

Tertium numisma in uno latere exhibet civitatem Wittenbergensem cum Epigraphe: PROCUL HINC, PROCUL ESTE NOCENTES, & infra: VOTA SECULARIA II. XV. KAL. NOVEMBR. in altero latere inscriptionem: A. MDII. REGNANTE MAXIMIL. *iano* I. FUNDATA, ANNO MDCCII. IMPERANTE LEOPOLDO I. DIEM SUUM NATALEM CELEBRABAT ACADEMIA WITTENBERGENSIS. *y*)

Quartum Numisma est unius saltem drachmæ, in quo occurrit inscriptio: ACADEMIÆ WITTENBERGENSI CC. ANNOS FLORENTI SACRUM ANNO JUBILÆO MDCCII. in alia parte legitur in medio: EX ALBO MONTE SAPIENTIAM MUTUABITUR UNIVERSUS ORBIS, & in margine: INAUG.*urata* DIE XIIX. OCTOB. A. MDII. RECTORE MARTINO POLLICHIO MELLERSTADIO. *z*)

VI. Nulla autem Universitas tempore Jubilæi tot ornata hactenus fuit Numismatis, quam *Francofurtensis ad Viadrum*, dum A. 1706 suum annum natalitium sæcularem secundum peregit solennius, sex enim tum temporis cusa sunt

---

x) *Catalogue des monnoies en argent* &c. p. 557. KUNDMANN l. c. Tab. cit. n. 46.

y) KUNDMANN p. 621. Tab. cit. n. 47. TENTZEL *süchsisches Medaillen Cabinet.* III. *Theil der Albertinischen Linie.* Tab. LXXX. p. 742. seq.

z) Produxit Numisma hoc incognitum J. C. W. MOESCHEN P. II. *der Beschreibung einer Berlinischen Medaillen-Sammlung* &c. Tab. I. n. 3.

ſunt numismata memorialia, in *primi* antica conſpicitur protome Friderici Boruſſorum Regis cataphracti & laureati cum inſcriptione: FRIDERICUS D. G. REX BORUSS.*iæ*, M.*archio* BR.*andenburgicus* S. R. I. A.*rchi* C.*amerarius* ET ELECTOR, poſtica refert quatuor ejusdem Regis Civitates Academiis decoratas: ſcilicet Francofurtenſem ad Viadrum, Regiomontanam, Duisburgenſem & Hallenſem in Saxonia; ſub prima legitur: FUNDATA A JOACHIMO I. ELECTORE BRANDENB. 1506. APRIL. 26., ſub ſecunda: FUND.*ata* A FRIDER.*ico* GUIL.*ielmo* EL.*ectore* BRAND.*enburgico* A. 1655. OCT. 14., ſub quarta: FUND.*ata* A FRIDER.*ico* REGE BORUSS.*iæ* A. 1694. JUL. 1. prope Francofurtanam autem in ſignnm diſtinctionis & præſentiæ Regis & principis hæredit. tempore Jubilæi conſpicitur adhuc ſol oriens cum ſtella ſolem præcedente ſeu Lucifero, in margine autem legitur:

CONDITA BRENORUM PIETATIS FILIA SOLA
SÆCLARI PRIMO SOLA FUIQUE DIE.
HOC REDEUNTE DIE CLARESCIT QUARTA: VOCABOR
NATU PRIMA, INTER QUATUOR UNA TAMEN.

in *ſecundo* ſesqui unciali numismate conſpicitur affixa pyramidi protome Regis lauro circumdata, & corona ornata cum inſcriptione: FRIDER. D. G. REX BOR.*uſſiæ* EL.*ector* BR.*andenburg.*, a dexteris proſtat clementia cornu copiæ, a ſiniſtris fortitudo laureata palmam gerens, quæ duæ virtutes ſuſtentant prædictam protomen; ſpes genuflexa autem offert protomen laureatam principis Regii, cui inſcriptum: FRID.*ericus* WILHEL.*mus* REGNI ET EL.*ectoratus* B.*randenburgici* H.*æres.* in margine legitur: AUGUSTIS HIS AUSPICIIS: & in ſegmento inferiore: BINA VIADRINÆ CELEBRANT DUM SÆCULA MUSÆ. MDCCVI. APR. 26. in altero latere con-

ſpicitur Civitas Francofurtana ad Viadrum flumen ſita, ſole oriente præeunte Lucifero cum Lemmate: REVOLUTIO FELIX. in baſi legitur: PERPETUAM STUDIIS PROMITTIT PROSPERITATEM., & in margine exteriore: ex L. I. VIRG.*Æneid.*

ASPERA NUNC POSITIS MITESCENT SÆCULA BELLIS.

Tertii numiſmatis antica proponit conſuetam Regis protomen ac inſcriptionem nominis, in poſtica offert Univerſitas in figura fœminæ Regi laureato Globum, cui inſidet phœnix novi ſæculi ſymbolum, ad ejus pedes jacet liber apertus, inſcriptio eſt: OPTATA REFERT EXORDIA SECLI. in baſi legitur: FRIDERICO I. REGI BORUSS.*iæ* MAGNO MUSARUM STATORI ET CONSERVATO.*ri* P.*io*, F.*elici*, A.*uguſto*, IPSIS SOLENNI.*bus* SECULARI.*bus* ACADEM.*iæ* VIAD.*rinæ* MDCCVI. APR. 26. D.*at.* D.*icat*, D.*edicat* CHRISTIAN W.*ermuth*, & in margine exteriore: ex CLAUDIANO *de IV. Conſul. Honorii*: AUSPICIIS SESE REGALIBUS ANNUS INDUIT.

In *quarto* ſemiunciali numiſmate Caput eſt ſimile typo anticæ Numiſmatis præcedentis, poſterior pars autem repræſentat Parnaſſum, in cujus uno acumine aquila Boruſſica, in altera vero Brandenburgica eminent, in medio volat Pegaſus, ſub quo fons caſtalius emittit aquam cum Epigraphe: AUSPICIIS PRIMO SURGIT MAJORIBUS ORTU. in margine legitur in duabus lineis. ACAD.*emia* FRANCOF.*urti* AD VIADRUM A JOACHIMO I. EL.*ectore* BRAND.*enburgico* FUNDATA, A. MDVI. VI. Kl. MAII FRIDERICO I. REGE BORUSS.*iæ* ET EL.*ectore* BRAND.*enburgico* JUBILÆUM II. FELIC.*iter* CELEBRAT ANNO MDCCVI. VI.KAL. MAII.

Quintum numiſma ſemiunciam & dimidiam adæquans quoad typum partis adverſæ correſpondet cum duobus præ-

præcedentibus, reverſa autem exhibet protomen principis Regii hæredit. cum inſcriptione: FRID.*ericus* WILH.*elmus* REGNI ET EL.*ectoratus* B.*randenburgici* HÆRES. in margine exteriore legitur diſtichon: TANTIS AUSPICIIS SECLUN VIADRINA SECUNDUM CONDENS SECLORUM SPEMQUE DECUSQUE COLIT. ANNO 1706. APRIL. 26.

Sextum numisma minutum duarum drachmarum in prima facie refert aquilam Brand. in pectore geſtantem ſceptrum Archicamerariatus inſigne, in circuitu autem duabus lineis ſcriptum eſt: ACAD.*emia* FRANCOF.*urti* AD ODERAM A JOACHIMO I. EL.*ectore* BRAND.*enburgico* PRÆSENTE FUNDATA MDVI. APR. 26., in ſecunda facie eadem aquila cernitur in pectore monogramma Regium F. R. geſtans cum Epigraphe: FRIDERICO I. REGE BORUSS.*iæ* ET EL.*ectore* BRAND.*enburgico* PRÆSENTE JUBILÆUM SECUNDUM CELEBRAT. in margine exteriore legitur: RECTOR MAGNIFICENTISS*imus* FRID.*ericus* WILH*elmus* REGNI ET EL.*ectoratus* HÆ.*res* MDCCVI. APR. XXVI. *a*)

VII. A. 1707. *Academia Haſſiaco Giſſenſis* celebravit primum ſuum Jubilæum, nec ceſſit quoad ſplendorem numismatum Univerſitati Viadrinæ, ſeptem enim ad illuſtrandam hanc feſtivitatem cuſa ſunt numismata, quorum *primum* ſesquiunciale exhibet in adverſa parte triangulum quadrangulo innixum, in quatuor angulis quadranguli occurrunt verba: LEX. NATURA. RATIO. SENSUS., & in tribus angulis tringuli verba: RELIGIO. SOCIALITAS. SANITAS. in centro trianguli conſpicitur nomen Dei radiatum hebraice

a) KUNDMANN p. 625. ſeq. & Tab. XIV. n. 48. ſeq.

expreſſum cum inſcriptione: SACER SEPTEN.*arius ſcilicet numerus*, ſeptem prædictorum angulorum & verborum. figura hæc duplici inſcriptione circumdata eſt, in inferiore hæc habentur: HIS ERO PERPETUUM TERQUE QUATERQUE BEATA. in ſuperiore: QUAM BENE MISCENTUR TRINA ET QUADRATA ROTUNDIS. in exteriore margine legitur: SIT SEPTENARIUM OMNE SABBATICI JUBILARIS. in averſa numismatis parte ædificii laquear ſuſtentant ſeptem columnæ, & in pavimento legitur: SEPTEM SAP.*ientiæ* COL.*umnæ*. tribus internis columnis inſcripta ſunt nomina: FACULTAS THEOLOGICA ET MEDICA, quatuor externis columnis autem: PHILOSOPHIA RATIONALIS, EXPERIMENTALIS, MORALIS, in ſegmento inferiore legitur: SERVET MIHI DEUS H.*as* COL.*umnas* IN PERPET.*uum* AC FEL.*ix* DOMICIL.*ii* MEI FULCIMEN.*tum* in circuitu in duplici linea legitur: PRIMO ACADEMIAE GISSENÆ JUBILÆO AN. MDCCVII. D.*ie* XIIX. OCT.*obris* ST.*yli* N.*ovi* SUB DNO ERNESTO LUDOVICO HAS.*ſiæ* LANDG.*ravio* CELEBRATO SACR.*um*. *b*)

In *ſecundi* Numismatis prima facie conſpiciuntur tres lauris circumdatæ effigies ſcilicet regnantis p. t. Landgravii Haſſo-Darmſtad. & duorum ipſius filiorum principum: ſuperior palmis imminens habet Epigraphen: ERN.*eſtus* LUD.*ovicus* D. G. H.*aſſiæ* L.*andgravius* PAR.*ens*. inferior ad dexteram: LUDOVIC.*us* D. G. H.*aſſiæ* L.*andgravius* PR.*inceps* HÆR.*editarius*; altera inferior ad ſiniſtram FRANC.*iſcus* ERNEST.*us* H.*aſſiæ* L.*andgravius* FRATER. præterea appoſita ſunt verba primæ: PROTEGIT, ſecundæ: REGIT, tertiæ ORNAT. infra tres autem effigies legitur: ACADEMIAM LUDOVICIANAM.

in

b) Ingenioſum & myſticum hoc Numisma fuſius explicavit KUNDMANN p. 696. ſeq. Tab. XX. n. 94.

in circuitu autem trium prædictarum protomârum: OMNE TRINUM PERFECTUM. exterior circumſcriptio eſt: ANNO ACADEMIÆ SÆCULARI. MDCCVII. SEPTEN.*arium* NUM.*erum* TER CONTINENTE. in altera Numismatis facie proſtat malus punica cum Lemmate: AUTUMNUS VERE DECORUS. in circuitu legitur: D.*ie* XVIII. OCT.*obris* SÆCULUM PRIMUM DESINIT ACAD.*emicum*, SECUNDUM FLORERE INCIPIT, & in margine exteriore DET DEUS, UT PORRO SIT TERQUE QUATERQUE BEATA. *c*)

Antica *tertii* Numismatis ſesqui uncialis repræſentat radiante ſole ſphæram armillarem, in cujus centro eſt terra cum inſcriptione: UNIVERSITAS. axi inſcriptum eſt: DUO SUSTENTANT. in circuitu legitur ſupra: UNUS AGIT. infra: IN SECLA MOVETUR. poſtica hanc habet inſcriptionem: PATR.*e* PAT.*riæ* ERN.*eſto* LUDOVICO REGIMEN PROVINCIÆ HABENTE FILIIS LUDOVICO SCEPTRA UNIVERSITATIS ET FRANCISCO ERNESTO FLOREM JUVENTUTIS SUSTENTANTIBUS HASSIÆ LANDGRAVIIS ACADEMIA GISSENA JUBILÁ EDIT PRIMÀ ANNO MDCCVII. DIE $\frac{\text{VII}}{\text{XVIII.}}$ OCT.*obris*. *d*)

Quartum numisma jubilare exhibet in nubibus domum Academicam, infra quam plantatus eſt hortus cum Epigraphe: NON ANNO, SED ANNIS. in altero latere occurrit inſcriptio: ACADEMIA GISSENA A LUDOVICI PRONEPOTIS LITTERARUM STATORIS FILIO LUDOVICO RECTORE MAGNIFICENTISS. PRIMUM JUBILÆUM CELEBRAT. A. MDCCVII. D. XVIII. OCT.

Quin-

---

c) KUNDMANN l. c. p. 703. ſeq. Tab. XXII. n. 95.

d) Hoc quoque Numisma explicat KUNDMANN p. 701. ſeq. Tab. cit. n. 96.

Quintùm inter reliqua minimum numisma duarum drachmarum nonnisi inscriptionibus ornatum est, in primo latere legitur: ACADEMIA LUDOVICIANA AUTORE LUDOVICO V. FUNDATA, ET ERNESTO LUDOVICO EJUSQUE FILIO LUDOVICO RECTORE MAGNIF. CONSERVATORIBUS LÆTISSIME FLORENS PRIMUM JUBILÆUM CELEBRAT. A. MDCCVII. D. XVIII. OCT. in secundo: TEMPORA LABUNTUR FLOS PRIMUS PERSTAT, HONOSQUE, denique in margine exteriore: GIssIaCae GaVDent CaMoenae. *e)*

In *sexto* Numismate sesquiunciali cernitur protome principis p. t. hæreditarii Hasso-Darmstad. cataphracti cum inscript. LUDOVICUS D. G. PRINCEPS HÆRED. HASSO DARMS. in altera superficie hæc extat inscriptio: SERENITAS LUDOVICI PRINCIPIS HASS. HÆREDIT. RECTORIS MAGNIFICENTISS. FLORENTEM ACADEMIAM, ET DUO EJUS SECULA PRIMUM FINIENDO, ALTERUM INCHOANDO ILLUSTRAT GLORIA REI GESTÆ CUNCTA SECULA ILLUSTRATURA: ex utraque parte in circuitu legitur: ANNO SAECVLarI aLMae GIssenae NotanDo. *f)*

Septimum denique & ultimum numisma sæc. in *Antica* exhibet duas figuras cum inscriptione: PIETAS ET JUSTITIA, in postica inscriptionem: IN MEMORIAM FESTI SÆCULARIS ACAD. GISSENSIS IN ANNO MDCCVII. D. XIIX. OCT. FELICITER INCIDENTIS PRIMI. *g)*

VIII.

---

e) KUNDMANN l. c. p. 703. seq. Tab. cit. n. 97 & 98.

f) GUDENUS *in Uncialeo* p. 155. n. 759. MADAI l. c. P. I. p. 755. n. 2371.

g) KUNDMANN p. 706. Tab. cit. n. 100. fuit dubio procul numisma hoc præambulum Jubilæum annuncians.

VIII. Univerſitatem Giſſenſem in celebratione Jubilæi Academici excepit *Univerſitas Lipſienſis* Anno 1709. ſplendore numismatico anterioribus haud inferior, tredecim tum temporis cuſa ſunt numismata, quæ magnificentiam Auguſti II. Regis Pol. hac quoque ex parte conteſtantur. *h*) in adverſa maximi Numismatis octo unciarum ſe ſiſtit protome Auguſti II. Regis Poloniæ & Electoris Saxon. in habitu militari Romano cum inſcriptione: D. G. AUGUSTUS II. REX POL.*oniæ* M.*agnus* D.*ux* L.*ithuaniæ* S. R. I. A.*rchi*-M.*areſchallus* D.*ux* ET EL.*ector* SAX*oniæ*; in averſa proſtat PALLAS, cujus Galeæ inſidet upupa vigilantiæ ſymbolum d. tenet ſcutum, cui appictum eſt Meduſæ Caput, ſ. vero lanceam, ad dexterum pedem ejus jacent libri & inſtrumenta Mathematica; ad ſiniſtram vero arma varii generis cum Epigraphe: UTRINQUE INTENTA. in ſegmento infer. legitur: MEMORIÆ NATAL.*is* III. ACAD.*emiæ* LIPS.*ienſis* AN. MDCCIX. IV. DEC. CEL.*ebrati* SACR.*um*. *Secundum* ſesquiunciale exhibet in principali latere ruta Saxon. circumdatum ſigillum ſeu inſigne Rectoratus Univerſitatis Lipſ., ubi B. Virgo Chriſtum brachio gerens ſedet ſub ſolio more Gothico formato, retro ſigillum, extant duo enſes Archi Mareſchallatus decuſſatim poſiti, ſigillo impoſita eſt corona Regia & huic inſidet Aquila coronata globum tenens, e longinquo ſe offert civitas Lipſ., hiſce ſupereminet oculus Dei radios diffundens cum Lemmate: SIC DURATURA. in altero latere eſt inſcriptio: SACRUM MUSIS A FRIDERICO BELLICOSO A. MCCCCIX. IV. DEC. EX HORRIDIS BOHEMIÆ SALTIBUS IN AMOENISSIMOS LIPSIÆ CAMPOS TRADUCTIS ET CLEMENTIA

F FRI-

h) Numismata hæc æri inciſa partim M. JOACH. NEGELEIN *in ſuo Theſauro numismatum hujus ſaeculi* ad A. 1709. a pag. 940—954., partim cit. KUNDMANN p. 641. ſeq. Tab. XV. n. 57. ſeq. produxerunt,

Friderici Augusti Reg.*is* Polon.*iæ* et El.*ectoris* Sax.*onici* ornatis, quarum natalis tertium A. MDCCIX. D.*ie* IV. Dec. celebratur.

In *tertio* pariter ſesquiunciali Numismate cernitur Caput Regis laureatum cum ſolo nomine Augustus. in ſecundo latere occurrit inſcriptio: ut quondam sub Augusto Romanæ floruere, sic hodie sub Augusto Rege Pol. et El. Sax. et Augusto filio princ. hæred. Rectore magnificentiss. Lipsienses vigent Musæ, quarum natalis A. MDCCIX. IV. Dec. tertium celeb.*ratur.*

Antica *quarti* numismatis 6. Drachmarum repræſentat civitatem Lipſ. cum Epigraphe ex *Pſalmo* 120. in muris et palatiis tuis sit pax et prosperitas. in ſegmento legitur: S.*enatui.* P.*opulo* Q.*ue* L.*ipſienſi* D. D. D. Wer.*muth.* in poſtica ſub tilia Lipſiæ dicata novem ſedent Muſæ cum inſcript. sub umbra dulci. in ſegmento legitur: Jubilæ.*um* III. Lip.*ſia* celeb.*rat* 4 Decembris 1709.

Quintum Numisma refert in adverſa parte anepigrapha proſpectum Civitatis Lipſ., ſupra quam duo genii tenent ejus inſigne, in averſa autem hos verſus gallicos: La ville des plaisirs, que dans la saxe brille, honore le jour de sa charmante fille le 4. Dec. 1709.

Sextum minoris moduli duarum Drachmarum numisma exhibet in uno latere creſcentem e terra rutam inflexam lauris cum lemmate: conjunctio felix. in altero inſcriptionem: regnante Friderico Augusto Rege Pol. et El. Sax. fundata a Friderico bellicoso An. MCCCCIX. IV. Dec. aCaDeMIa phILyrea IVbILat. in margine exteriore legitur alterum Chronographicum: reCtore rIVIno MeDICInæ professore.

Septimi

Septimi Numismatis duarum unciarum & 2. Drachmarum pars anterior ornata eſt effigie Friderici bellicoſi fundatoris Academiæ Lipſ. in habitu Electorali gerentis enſem denudatum Archi-Mareſchallatus inſigne appoſita inſcriptione: FRIDERICUS I. DUX ET ELECTOR SAXONIÆ. in parte poſteriore conſpicitur templum apertum, cujus frontiſpicium ornatum eſt quatuor columnis, quibus in medio imminet inſigne Univerſitatis coronatum ſeu ſigillum duos Ss. Joannem Evangel. & Laurentium referens. *i*) quatuor columnis autem affixa ſunt inſignia quatuor Nationum, in quas Univerſitas olim fuerat diviſa ſcilicet Miſnenſis, Bavaricæ, Polonicæ & Saxonicæ. *k*) inter columnas proſtant ſimulacra Juſtitiæ & felicitatis, in templo Religio genuflexa jacet ante aram orans, circumſcriptio eſt: UNA TRIUMPHIS INNUMERIS POTIOR. in ſegmento inferiori autem legitur: ACADEMIÆ LIPS. A FRIDERICO BELLICOSO FUNDATÆ D. IV. DECEMBRIS MCCCCIX. SECULARIA III. & in margine exteriori: SACERDOTES TUI DOMINE DEUS INDUANTUR SALUTEM, ET SANCTI TUI LÆTENTUR IN BONIS. 2. Chron. IV. 41.

Octavi Numismatis ſesqui unciæ Antica refert protomen Friderici Auguſti laureati cum inſcriptione ſolita, poſtica vero inſcriptionem: D. O. M. S. ACADEMIAE LIPSIENS. PRAGENSIS FILIÆ A FRIDERICO BELLICOSO ADOPTATAE REGIA CLEMENTIA FRIDERICI AUGUSTI POST III. SECULORUM

F 2 DE-

i) HAGELGANS l. c. p. 13.

k) Scutum Nationis Miſnenſis refert Samſonem Leonem Diſcerpentem, Bavaricæ luctam Jacobi cum angelo, Polonicæ B. Virginem coronatam Chriſtum portantem, ſaxonicæ denique equum album in area rubra.

DECURSUM FLORENTIS NATALI SECULARI III. D. IV. DECEMBR. MDCCIX. in margine exteriore legitur versus ex VIRGILII *Eclog.* IV. v. 34. ALTER ERIT TUM TIPHYS, ET ALTERA, QUÆ VEHAT ARGO

In *nono* Numismate 6. Drachmarum cernitur Civitas Lipſ., cujus nomen in ſegmento occurrit, ſupra quam nubibus inſidet Pallas cum inſcriptione ex VIRGILII *Æneid.* L. I. *heic jam ter centum totos Regna occupat annos.* in altero latere proſtat tilia, cui examen apium advolat cum lemmate: PINGUEDINE DUCIT. in ſegmento hæc ſcripta ſunt: COLONIÆ ERUDITÆ IN TILIIS CONSIDENTIS A. 1409. MEMORIA TRISEC.*ularis.*

In *decimo* ſesqui unciali pariter extat proſpectus ejusdem civitatis, ante quam vireſcit tilia procera cum Lemmate: GRANDIOR ÆTATE. in altera ſuperficie proſtat Minerva innixa ſcuto, cui inſigne Univerſitatis duos Ss. Joannem Evangel. & Laurentium referens eſt appictum cum circumſcr. ACADEMIA PHILURÆA ANNO DCCCCIX. IV. DEC. PLANTATA. in margine exteriore ſcriptum: ANNIS CCC. FELIX NUNC LIPSIA GAUDE Idem Civitatis proſpectus cernitur

In *undecimo*, cui imminet ejus inſigne cum chronographico: FORMET SORS AEDES CONCORS VRBI SIT IRINE. in ſegmento legitur: COSS.*ulibus* SENAT.*ui* ET CIV.*ibus* SACRUM. in altera parte eſt inſcriptio: FIT PHILARES AVGVST QVIRIN RIVINVS IN VRBE RECTOR; FIT QVATER ET TEMPORIS ORDO NOVVS. in ſegmento P.*atribus* C.*onſcriptis* ALMÆ LIPS.*ienſis* SACRUM.

12*mum* Numisma ſesqui unciale eſt quoad anticam priori ſimile; in poſtica autem ſiſtit Collegium Academicum cum

cum 4. auditoriis ſingularum facultatum, ubi profeſſores docent auditores, in medio ædificii appenſum eſt inſigne Univerſitatis, turri autem impoſita eſt Pallas cum priori inſcriptione: FIT PHILARES AUGUST QUIRIN &c.

13*tium*. Denique Numisma 4. Drachmarum in adverſa ſiſtit protomen ſupra deſcriptum Friderici bellicoſi cum inſcript. FRID. BELLIC.*oſus* DUX ET EL.*ector* SAX.*oniæ* F.*undator* A.*cademiæ* L.*ipſienſis* 1409. in averſa Civitati Lipſienſi imminet inſigne Rectoratus Univerſit. ſcil. B. Virgo portans brachio Chriſtum cum chronographico: IVBILAT ALMA U-LIPSIA LAETA DEO. *l*)

IX. Dum A. 1723 *Univerſitas Altorffenſis* primum annum ſæcularem a ſua Inauguratione celebraverat, ad feſtum hoc eo magis glorificandum quatuor etiam cuſa ſunt numismata: *primum* trium fere unciarum in antica repræſentat bene inſtructum Collegium Academicum, cui imminet aquila Imperialis, in medio inſignium Caſtri & Civitatis Norimberg., paulò inferius cernuntur inſignia quatuor p. t Curatorum Univerſitatis. Circumſcriptio eſt ex VIRGILIO: QVOD TE PER SVPEROS ET CONSCIA NVMINA VERI.

Segmento inſcriptum: FELICITER. in poſtica laureæ incluſa eſt inſcriptio hæc Chronographica: IVBILA VNIVERSITATIS ALDORFFINÆ CENTENARIA PRIMA. in ſegmento III.

F 3 Cal.

l) Jocoſum etiam Numisma occaſione hujus Jubilæi prodiit, in cujus una parte puella bene ornata more ævi ducitur a ſtudioſo, quem ſequitur alter d. tenens crumenam cum Inſcriptione: *Jubilæum Lipſienſe* & in ſegmento MDCCIX. in altera Numismatis parte leguntur hi verſus germanici: *wenn das Jubilæum uns wolte Krafft in Beutel bringen, ey wie ſchœne wolten wir dreyfach jubilate ſingen.*

Cal. Jul. circa lauream legitur tertium Chronographicum ex OVIDIO: qVoD MarE non noVIt qVæ nesCIt arIona teLLVs.

In *secundo* Numismate unciali occurrunt in medio tria insignia scilicet Aquila Imperialis, cui subjecta sunt duo scuta Castri & Civitatis Norimb., quæ tria lauris juncta sunt: circumdata sunt illa 7. scutis Senatorum & Curatorum Universitatis appositis litteris nominum initialibus: supra hæc omnia radios mittit in triangulo nomen Dei seu Jehova, in circuitu legitur hoc Distichon: QUÆ DEUS ET CÆSAR, QUÆ PATRES NORIDIS ALMÆ CONTULERINT MUSIS, JUBILA LÆTA CANUNT. in altero latere extat templum apertum, ubi Apollo sedens lauro coronatur a persona baculo instructa, in basi legitur: SAECULUM NOVUM ACADEM.*iæ* ALTORF.*inæ* III. KAL. QUINT. MDCCXXIII.

Tertium Numisma decoratum est in medio insignibus Civitatis Norimb., quod cingunt 4. insignia Curatorum Universitatis lauris & palmis juncta appositis verbis: BENIGNITATE SENATUS. infra legitur: IV. VIRIS SACR.*is* FAC.*iundis* n altero latere cippo inscriptum est: SACR.*a* SÆCUL.*aria* ACAD*emiæ* ALTORF.*inæ*, & ex utroque latere A.*nno* S.*alutis* MDCCXXIII.

Quartum tenue Numisma est quadratum, in medio anticæ extat insigne Civitatis Norimb. circumdatum a prædictis 4. insignibus Curatorum Universitatis cum Anno 1723., in postica est germanica inscriptio chronographica: GeDäChtnVs Des ersten IVbeLfests Der VnIVersItät ALtorf. *m*)

A.

m) KUNDMANN p. 691. seq. Tab. XI. n. 89. seq.

A. 1727. celebravit *Universitas Marburgensis* suæ Inaugurationis annum sæcularem secundum, qua occasione duo elegantis cælaturæ numismata fuere cusa, in *primi* bis uncialis parte primaria exponitur effigies Caroli Landgravii Hasso Casselani tum temporis regnantis in habitu militari Romano capite autem aperto cum circumscriptione: CAROLUS D. G. HASSIÆ LANDGRAVIUS &c., in parte secundaria sola hæc occurrit inscriptio: F. D O. M. ACADEM.*ia* MARBURG.*ensis* A PHILIPPO MAGNANIMO PIE CONDITA, WILHELMO PACIFICO FELICITER INSTAURATA SUB AUSPICIIS CAROLI CLEMENTIS ANNO ÆTAT. LXXIV. IMPERII L. RECTORE MAGNIFICENTISSIMO FRIDERICO EX WILHELMO NEPOTE SECULARIA SACRA SECUNDUM CELEBRAT. XIX. KAL. SEPTEMBR. MDCCXXVII. in *secundo* Numismate ejusdem ponderis se offert caput Friderici Hassiæ principis hæredit. cum circumscriptione: FRIDERICUS PRINC.*eps* JUVENT*utis* HASSIACÆ RECTOR ACAD.*emiæ* MARB.*urgensis* MAGNIFICENT.*issimus.* in altero numismatis latere sedet Apollo laureatus in lapide quadrato lyra canens, retro ipsum cernitur Civitas Marburg. cum regione sua & Laehna flumine, supra Aquila volat ad solem radiantem cum lemmate: UT ACUTIUS CERNAM. in segmento inferiore legitur: in MEMOR.*iam* NOVI SEC.*uli* XIV. Aug MDCCXXVII.

X. Occasione celebrati primi Jubilæi A. 1736. ab *Universitate Ultrajectina* ad Rhenum duplex cusum fuit Numisma, in *primi* majoris & splendidi admodum facie principali cernitur in aula Academica Hercules hydram pedibus conculcans in signum suppressæ Tyrannidis, d. tenet fasciculum sagittarum, s. commonstrat Minervam sedentem, quæ d. lanceam tenet, sinistro brachio autem mensa suffulta manum imponit scuto, cui insignia Civitatis Ultraject. appicta sunt,

mensæ

menſæ incumbunt Ss. biblia, quibus lampas ardens impoſita, ad pedes Minervæ jacent ſymbola conſueta 4. Facultatum & ſcientiarum Mathem. cum Epigraphe: ATRIUM LIBERTATIS, TEMPLUM SAPIENTIÆ. in ſegmento legitur: DOMITIS MONSTRIS ARTES RECEPTÆ. in altera Numiſmatis facie in forma ſolis inter duas Olivas repræſentatur inſigne Univerſitatis, quod idem cum inſigni Civitatis diviſum ab angulo dextero ad ſiniſtrum, coloribusque argenteo & rubro diſtinctum, cum lemmate: SOL JUSTITIÆ ILLUSTRA NOS. Soli huic heraldico ſubjecta eſt inſcriptio: PRIMUS ACADEMIÆ TRAJECTINÆ SACRIS SECULARIBUS A D XXVII. MARTII MDCCXXXVI. CELEBRATIS VOTISQUE PRO NOVI SECULI FELICITATE NUNCUPATIS CONSULES ET SENATORES EJUS CURATORES LECTISSIMI FESTI MEMORIAM HOC MONUMENTO CONSECRARUNT. infra hanc Inſcriptionem jacet Rhenus in figura viri barbati cum conſuetis ſuis attributis ex urna effundens flumen, in quo natat cygnus Vidri fluvii ſymbolum, qui tanquam Rheni ad oſtium diviſi poſtrema pars Trajectum alluit. *n*)

In *altero* Numiſmate minoris moduli, quod memoriæ cauſa inter ſtudioſos diſtributum fuit: apparet pariter ſupra deſcriptum inſigne Univerſitatis cum lemmate: SOL JUSTITIÆ ILLUSTRA NOS. infra ſedet Rhenus ſiniſtra monſtrans fluvium Vidrum, ex quo cygnus bibit. poſtica hujus numiſmatis hanc refert inſcriptionem: CONSULUM ET SENATORUM TRA-

n) Numiſma hoc æri inciſum præmiſſum eſt ARNOLDI DRACKENBORCHS Prof. Hiſtor. & Orat. *Plechtiger Redevoering over het Eru feſt der Utrechtſche hoge Schole* &c. *gehouden d.* 27. *Mart.* MDCCXXXVII. *in de hooftkercke dezer Stadt.* in 4.

TRAJECTENSIUM MUNIFICENTIA IN STUDIOSOS CUM ACADEMIÆ SUÆ SECULARIA PRIMA CELEBRARENT A. D. XXVII. MARTII MDCCXXXVI. *o*)

XI. A. 1777. ab XI. Octob. usque ad XVII. celebravit *Universitas Tübingensis* ab inauguratione sua annum secularem III., *p*) memoriæ causa cusum fuit Numisma, in cujus adversa extat protome serenissimi Ducis Würtemberg. cum circumscriptione: CAROLUS D. G. DUX WÜRT. RECTOR MAGNIFICENTISSIMUS. in aversa lauro inclusa est inscriptio: EBERHARDINÆ CAROLINÆ TERTIO JUBILÆO C. ALTERO FELICIORIS. & in segmento infer. legitur: d. XII *Octobris* MDCCLXXVII. *q*)

Novissime denique XII. Anno 1782. celebravit *Academia Würceburgensis* annum secundum sæcularem IV. Kal. Aug. & majoris solennitatis causa duo pariter cusa sunt Numismata.

G In

o) KUNDMANN p. 913. seq. Tab. 23. n. 102 & 103.

p) Habuit hæc Universitas cum nostra Moguntina eundem Annum Natalem conf. GÖDE. DAN. HOFFMANN *Von dem eigentlichen Stifftungs tag der Eberhard Carls Universität, daran derselben drittes Jubilæum künfftiges Jahr zu feyren wäre, und von der fast zu gleichen Zeit geschehenen Stifftung der hohen Schule zu Maynz.* Tüb. 1776.

q) Æri incisum hoc numisma præmissum est operi, cui titulus: *Beschreibung des dritten Jubelfestes der Herzoglich Würtenbergischen Eberhard Carls Universität zu Tübingen vom XIten biß XVII. Octob.* 1777. in 4.

In *primi* majoris trium Unciarum Antica exhibetur protome Episcopi Principis Würceburg. in habitu Talari cum Epigraphe: FRANC. Ludov. D. G. EP.*iscopus* BAMB. ET WIRC. S. R. I. PR.*inceps* FRANCIÆ OR.*ientalis* DUX. in postica in medio occurrit inscriptio: ACADEMIA WIRCEBURGENSIS A JOANNE I. CONDITA, A JULIO INSTAURATA, A XV. SUCCESSORIBUS AUCTA SACRUM SÆCULARE II. JUBENTE JULII ABNEPOTE IV. KAL. AUGUSTI MDCCLXXXII. CELEBRAT. hæc Inscriptio circumdata est 18. Insignibus familiarum Episcoporum & Principum Würceburg. *r*) Insignia hæc tegit pileus & tentorium Principis cum gladio & pedo.

Secundum Numisma semiunciale refert in adversa tria scuta, superius inter palmam & olivam refert insigne Joannis ab Egloffstein primi fundatoris, nomine JOANNES in scheda apposito, inter supposita duo reliqua, illud ad dexteram est Echterorum a Mespelbrunn apposito nomine JULIUS, alterum ad sinistram Ehrthaliorum cum nomine FRANC. LUDOV.,

---

r) Primum insigne cum capite canino est Joannis ab Egloffstein primi fundatoris Universitatis, secundum cum tribus annulis baltheo impositis Julii Echter a Mespelbrunn, quod insigne familia Echterorum extincta gerit modo familia Comitum ab Ingelheim, tertium cum rota est insigne Joannis God. ab Aschhausen, quartum cum pisce Philippi Adolphi ab Ehrenberg, & sic porro secundum ordinem Episcoporum scil. Francisci ab Hatzfeld, Joannis Phil. a Schœnborn, Joannis Hartm. de Rosenbach, Petri Philippi a Dornbach, Conradi Wilh. de Wernau, Joannis Godefr. de Guttenberg, Joannis Phil. de Greiffenclau, Philippi Franc. a Schœnborn, Anselmi Franc. ab Ingelheim, Caroli Phil. de Greiffenclau, Adami Frid. de Seinsheim, & Francisci Lud. ab Ehrthal moderni gloriose regnantis principis.

LUDOV., in aversa eadem est inscriptio, quæ in priori numismate legitur. *s*)

Tertium Caput probationis in historiis Academiarum per Numismata constituunt Universitatum instaurationes & novæ Privilegiorum collationes, nec eatenus præclara deficiunt numismata: *primum* exemplum suppeditat *Universitas Jenensis.* Fundamenta illius posuerat Elector Sax. lineæ Ernestinæ Joannes Fridericus amissa antea cum Electoratu Sax. Academia Wittembergensi, Privilegia autem demum A. 1557. a Rege Rom. Ferd. I. eatenus obtinuere filii ejus, quod autem inter hos Joannes Wilhelmus Wimariensis, qui ab eodem Ferdinando postea Imperatore prædicto Anno 1557. cum investitura confirmationem Privilegiorum prædictæ Universitatis obtinuerat, eandem in meliorem formam redegerit, ac instaurarit, hoc commonstrat Numisma, licet in uno saltem latere signatum eo tamen fine cusum; conspicitur in illo protome Ducis pileo plumis ornato caput tecti & induti pro more ævi toga pellibus suffulti (einer Schaub.) appositis Anno 1569. & Inscriptione: JOHAN. WILHELM. DUX SAXONIÆ RESTAURATOR JENENSIS ACADEMIÆ. *t*)

s) Plurima etiam numismata occasione Jubilæi a Gymnasiis celebrati extant, veluti Gymnasii Hamburg. de A. 1613. KUNDMANN p. 802. Gedanensis d. A. 1658. l. c. p. 595., Bremensis de A. 1684. KOEHLER l. c. P. XV. p. 1. MADAI l. c. P. I. p. 692., Gothani de A. 1724. *monnoies en or du Cabinet Imperial* p. 188. n. 6. KUNDMANN. p 596. Norimbergensis de A. 1733. l. c. p. 604. seq.

t) KUNDMANN p. 658. Tab. XVIII. n. 72.

2) Dum A. 1696. Imperator Leopoldus *Universitati Altorfinæ* concessit Privilegium conferendi etiam honores Doctorales in facultate Theologica, tria in memoriam rei gestæ prodierunt numismata, *primum* est quadratum, in cujus primo latere in medio prostat insigne Civitatis Norimb. palma & lauro ornatum circumpositis 4. Curatorum Universitatis insignibus notatisque nominum litteris initialibus. in altero latere legitur: GEDECHTNUS DER ALLERGNÆDIGSTEN VOLKOMMENTLICH PRIVILEGIRTEN UNIVERSITÆT ALTORF 1697.

Secundum Numisma refert Leopoldum Imper. in figura Apollinis sedentem in armis devictorum hostium caput lauro & nimbo ornatum, qui s. tenet lyram, d. porrigit diploma creandi Doctores Theologiæ cum pileo doctorali Universitati in figura fœminæ genuflexæ, e longinquo conspicitur Civitas Altorfina cum inscript. SUSCITAT MUSAM NEQUE SEMPER ARCUM TENDIT. in Segmento infer. legitur: PRIVILEGIIS UNIVERSITATIS ALTORFINÆ CONFIRMATIS ET AMPLIFICATIS 1697. in altera superficie occurrit in medio Aquila Imper. in scuto lauris ornata, cui subsunt duo scuta Castri & Civitatis Norimb., tria hæc scuta cingit corona quercina, cui affixa sunt sex scuta seniorum senatorum Norimb. appositis litteris nominum initialibus, in supremo extat nomen Dei triangulo inclusum. Cum Epigraphe: CÆSARIS IMP.*erium* AUGEAT, AUGEAT ANNOS, PROTEGAT ET VESTRAS QUERNA CORONA FORES.

In *tertii* primo latere sedet Leopoldus Imper. in solio coronatus & sceptro tangit noviter concessum diploma novi Privilegii, quod flectens ante ipsum tenet Universitas Altorfina in figura fœminæ, retro hanc posita est mensa, cui incumbunt tres pilei doctorales facultatum Juridicæ, Medi-

cæ

cæ & Philoſophicæ ſuppoſitis cuivis Privilegiis Cæſareis, ſupra genius volans affert quartum pileum Doctoralem facultatis Theologicæ cum privilegio Imperiali. Inſcriptio deſumta eſt ex HORATIO: AUCTIUS ATQUE DII MELIUS FECERE, BENE EST: in exergo legitur: CONFIRM.*atio* ET AMPLIFICATIO PRIVILEG.*iorum* UNIVERS.*itatis* ALTORFINÆ. 1697. in altero Numismatis latere ſupramemorata inſignia faſcia conjuncta tenentur manu e nubibus porrecta. Infra autem Regio cum Civitate Altorfina conſpectum ſubit. Inſcriptio eſt: VENIT EX ALTO. *u*)

Tertium exemplar ſuppeditat *Univerſitas* noſtra *Moguntina*, dum enim A. 1746. Joannes Fridericus Carolus ex familia Oſteiniana Archiepiſcopus & Elector Mog. conceſſis Univerſitati noſtræ novis privilegiis & præſcriptis Ordinatis Academiam noſtram inſtauravit, in rei memoriam cuſum fuit Numiſma, in cujus Antica occurrit inſcriptio Chronographica: sIXtI QVArtI LIberaLItate, DIetherI gratIa, IoannIs frIDerICI CaroLI faVore, reCtorIs a GreIfenCLaV CVra. In poſtica ſiſtuntur quatuor inſignia 1.2.1. ſuperius eſt inſigne Pontificis Sixti IV., qui conceſſit Privilegia neo Univerſitati, ſecundum a dexteris eſt inſigne Joannis Friderici Caroli Elect. Mog. inſtauratoris, tertium Dietheri fundatoris, quartum Rectoris p.t. Caroli Philippi L.B. de Greiffenclau poſtea Epiſcopi Herbipol. cum Epigra-

 phe:

u) KUNDMANN p. 689. ſeq. Tab. XX. n. 76. ſeq. ſine fundamento autem hic Author. p. 656. inter Numiſmata Univerſitatum retulit Numiſma A. 1702. cuſum a civitate Roſtoch. cum inſcriptione: HERTZOG FRIEDRIC WILHELMS GUETE BRINGET ROSTOCK NEUE BLÜETHE, cum nulla ibi factæ Univerſitatis reſtaurationis fiat mentio.

phe: MOGONORUM RES LITTERARIA STABILITUR. infra 29. DEC. *w*)

Quartum exemplar suppeditat pariter *Universitas nostra Moguntina* & præsens solennitas Academica, dum occasione factæ secundæ hujus instaurationis jussu Eminentissimi nostri in perpetuam rei memoriam duplex cusum fuit numisma, in cujus *primi* trium unciarum adversa cernitur protome Eminentissimi nostri in habitu Electorali cum inscriptione: FRID. CAR. JOS. D.G. A. EP. MOG. S.R.I. P.G. A. CAN. ET EL. EP. W. in aversa prostat templum apertum, in cujus medio ara cum igne ardente ac Epigraphe: RELIGIONI ET PATRIÆ: in basi legitur: RESTAUR. UNIV. ACAD. MOG. ANNO SÆC. III. CELEBR. 15. NOVEMBR. MDCCLXXXIV. *alterum* numisma semiunciale quoad anticam est simile priori, in postica autem sequens occurrit inscriptio: D. O. M. OB. SUSCEPTAM. BONO. RELIG. ET. REIP. A. DIETHERO. A. M. A. 1477. PRIMAM. FUNDATIONEM. DE. HINC. A. FRIDERICO. CAROLO. JOSEPHO. CONLATA. NOVA. DOTE. ADDITIS. QUE. OPT. LEGIB. NUPER. ELAPSO. ANNO. SAEC. III. FACTAM. INSTAUR. UNIVERSITAS. ACAD. MOG. GRATAE MEM. ERGO SOLEMNIA. SACRA. CEL. 15. NOV. 1784. *x*)

IV.

w) *Catalogue des monnoies en argent.* p. 21. n. 2.

x) Neque desunt numismata in memoriam factæ instaurationis singulæ cujusdam facultatis cusa, sic in postica Numismatis Pii IV. Pontificis sedet Minerva lancea instructa ante splendidum ædificum duobus viris genuflexis (Decano & Seniore) manum porrigit cum Epigraphe: INSTAURATIO COLLEGII JCTORUM MEDIOL. *anensium*, insignia equidem huic Collegio Privilegia dedit Pius IV. Pont. dispofuitque, ut Doctor Juris hujus Collegii semper esset Auditor Rotæ & alius Advocatus Consistorialis. KOEHLER l. c. P. XVIII. p. 399. n. 220.

Quartam occaſionem cudendi numiſmata Univerſitatum dedere ædificia academica noviter exſtructa ad ſignificandam principum erga rem litterariam munificentiam, dum nova Muſis condidere domicilia: exemplo eatenus præivere Pontifices: Leo X. equidem Pontifex Romæ domum Univerſitatis Romanæ ſeu Collegium ſapientiæ per Buonarottum celebrem Architectum ædificari curavit, quod opus continuavit Sixtus V. & Alexander VII. una cum Eccleſia Univerſitatis perfecit, Bibliothecam quoque ejus ac reditus auxit: in rei memoriam cuſum eſt numiſma, in cujus Antica extat protome Alexandri VII. cum ſolita inſcriptione, in poſtica vero ſe offert facies interior Archigymnaſii Rom. cum Epigr. OMNIS SAPIENTIA A DOMINO. *y*) 2) Ulyſſes Aldrovandus legaverat Univerſitati Bonon. inſignem rerum & inſtrumentorum phyſicorum, uti & Mathematicorum collectionem, quam Comes Marſiglius multum auxerat, Clemens XI. nova dedit privilegia, ſplendidumque paravit ædificium, unde & ab ipſo *Inſtitutum Clementinum* fuit compellatum; utque munificientiæ præſtitæ monumentum ſupereſſet, cuſum fuit Numiſma, in cujus parte anteriore extat protome Clementis XI. cum inſcriptione ſolita, in parte poſteriore extat facies ædificii Academiæ Bonon. cum Epigraphe: BONARUM ARTIUM CULTUI ET INCREMENTO, in ſegmento inf. autem: INSTITUT.*um* SCIENT.*iarum* BONON. *z*)

Pon-

y) KOEHLER l. c. P. XIX p. 351. n. 576. conf. *Roma Antica & moderna edit.* de A. 1745. Tomo II. p. 169. ſeq.

z) KOEHLER l. c. P. XX. p. 421. n. 786. KEISLERS *Reiſbeſchreibung* p. 978 de cœtero alia ædificia litteraria in numis quoque conſignarunt Pontifices: PIUS IV. in memoriam ædificii pro ſcholis ædificati exhibuit

Pontifices eatenus imitati ſunt Imperatores: dum 3) Carolus VI. Imper. pro nova domo Academiæ Wratislav. ſpatium aſſignavit, primumque ædificii lapidem poſuit, in rei memoriam cuſum fuit Numisma duarum unciarum, in cujus antica cernitur protome Caroli VI. laureati cum circumſcript.: CAROLUS VI. IMPERAT. CÆS. AUG. in poſtica autem inſcriptio: UNIVERSITATEM WRATISLAVIENSEM LEOPOLDUS I. FUNDAVIT A. MDCCII. JOSEPHUS I. CONFIRMAVIT, ANNO MDCCV. CAROLUS VI. SPATIUM SCHOLIS ATTRIBUIT ET LAPIDEM FUNDAMENTALEM POSUIT A. MDCCXXVIII. *a*) 4) Idem Imperator ſplendidum exſtruxit ædificium pro Academia equeſtri Lignitzenſi in Sileſia, in percuſſi eatenus A. 1735. Numismatis parte adverſa occurrit ejus protome cum conſueta inſcriptione, in averſa Sileſia in fœminæ figura pectore geſtans Aquilam Sileſiacam, ſ. tenet ſuper aram prædictum ædificium, ſ. effundit ex Cornu copiæ inſtrumenta variarum ſcientiarum, ad pedem aræ ſedet Saturnus circulum ſine fine perennitatis ſymbolum manu tenens: ſupra legitur: CRESCUNT NOVA MOENIA MUSIS. aræ hæc ſunt inſcripta: CAROLUS VI. JOSEPH.*inæ* FUND.*ationis* RESTIT.*utor*, AUG. NOBILIUM ACADEMIÆ LIG.*nicenſis*. IN PERPET.*uam* ERECTI.*onis*. MEMORI.*am* infra aram legitur: PRIMO ÆDIUM

POSITO

hibuit in numismate palæſtram hanc litterariam porticibus ornatam cum Epigraphe: SCHOLARUM EXÆDIFICATIO. KOEHLER l c. P. XVIII. p. 400. n. 231. & PIUS V. Pont. exhibuit in Numismate ſplendidum ædificium, cui imminet Spiritus S. in forma columbæ cum inſcriptione: COLLEGIUM CHISLERIANUM a B. PIO V. Papiæ erectum A. 1669. KOEHLER l. c. p. 405. n. 266. in hoc Collegio ſuſtentantur 14. juvenes, & ejus inſpectio commendata eſt familiæ prædicti Pontificis.

a) KUNDMANN l. c. p. 155. ſeq. Tab. VIII. n. 25.

POSITO DIE S. JOAN. BAPT. SACRO MDCCXXXV. *b*) 5) Dum A. 1756. inſtauratæ Univerſitati Vindobonenſi novum quoque ædificium exſtructum fuit, prodiit etiam ea occaſione Numiſma aureum, in cujus antica capita jugata Imperatoris Franciſci, & Mariæ Thereſiæ conſpiciuntur cum inſcript. IMP*erator* FRANC.*iſcus* AUGU.*ſtus* ET M.*aria* THERES*ia* AUG.*uſta*; in poſtica delineata extat nova domus Univerſitatis cum Epigraphe: MUNIFICENTIA AUGUSTORUM, infra ACAD. VIENNENS. 1756. *c*)

V. Probatur ex Numiſmatis ſuſceptus vel geſtus Rectoratus Univerſitatis. Omnibus equidem antiquitus fundatis Univerſitatibus, ſicut etiam noſtræ Moguntinæ, jus eligendi Rectorem in ipſis plerumque privilegiis vel Statutis originariis relictum fuit, unde & hæ vel ordinarie ex membris Univerſitatis dignioribus, vel extra ordinem majoris protectionis cauſa ex ordine principum vel illuſtrium, nec non Capitularium Eccleſiarum Metropol & Cathedr. ſelegerunt Rectores, quod autem concernit Univerſitates recentius fundatas plerumque ipſi fundatores principes ad demonſtrandum ſuum litteratis favorem conſtituto Prorectore Rectoratum ſuſceperunt. *d*) ad probandum geſtos ejusmodi

H Recto-

---

b) KUNDMANN l. c. p. 274. Tab. VIII. n. 26.

c) *Monnoies en or du Cabinet Imperial* p. 69. n. 12.

d) GODF. DAN. HOFFMANN in cit. Pragrammate *von dem Müntzweeſen derer Univerſitäten vornemlich ihrer Rectorum magnifi centiſſimorum* p. 20. in fine ſcripſit: *die allervornehmſte Begebenheit, welche auf Gold und Silber zur Ehre einer Univerſität gepräget zu werden verdienet, iſt wohl diejenige höchſte Gnade, die ihr ein Stiffter und Erhalter*

Rectoratus inserviunt numismata, & eatenus varia prostant exempla: extat 1) numisma memoriale partim unciale, partim semiunciale cusum in memoriam suscepti A. 1654. a Bernardo Juniore Ducis Sax. Wilhelmi lineæ Ernestinæ filio Rectoratus Universitatis Jenensis, in utroque latere exhibet hoc numisma duo corda invicem inflexa & coronata, quorum pars inferior litteram W. efformat: in primo autem numismatis latere in medio cordium inflexorum cernitur protome Joannis Friderici Elect. Sax. fundatoris hujus Academiæ, in habitu Elect. cum ense, caput ejus ambiunt duo scutula Electoratus & Ducatus Saxon., duplex hoc cor inscriptum est: WILMS HERTZOG ZUR WEISHEIT SEINEN SOHN BERNHARD RECTOR DER ACAD.*emi* JENA, WILMS HERTZOG ELTER VATTER WAR JO. FRIDERICH CHURF.*ürst* ZU SAX*en.* Vocabuli Herzog autem prima Syllaba non per litteras, sed per cordis figuram est expressa, infra habetur: AO. 1654. 28. FEB.

In altero numismatis latere in medio cordium inflexorum cernuntur protomæ Ducum Saxon. Friderici II. & Joannis Wilhelmi fratrum, quorum capita comitantur duo scu-

---

halter ein Landsherr und Gebieter thun kann, wann er sich selbsten zu derselben Rectorn und obersten Regenten oder haupt erkläret: ac recenset postea principes Regentes universitatum Rectores, & quidem Göttingensis Reges Angliæ & Electores Hannoveranos: Georgium II. & III. Erlangensis: Fridericum & Fridericum Christianum Marchiones Brandenburg., Gryphswaldiensis Adolphum Fridericum IV. Ducem Megapolit., Universitatum Gröningensis & Herbornensis Guilielmum V. principem Arausion. & Nassov., Helmstadiensis Carolum Ducem Brunwico-Guelpherbytanum, Marburgensis & Rintelensis Fridericum II. Landgravium Hasso-Cassellanum, Tübingensis Carolum Ducem Würtenbergensem gloriose regnantem.

ſcutula, corda autem inflexa ita ſunt inſcripta: UNI.*verſitatis* JEN.*enſis* FUNDATORES JOH. FRID. JO. WILH. EX ULT.*ima* VOL.*untate* PARENT.*is* JO.*annis* FRID.*erici* MAGNANIMI EL.*ectoris* DEN.*ati* A. 1554. REDIV.*ivi* IN ABNE.*pote* BERNHARDO FINITO SEC.*ulo* SANCITA ET VIR.*tutes* MAJ.*orum* RENOVANTE. *e*)

2dum A. 1688. Univerſitas Jenenſis Bernardi Ducis Sax. lineæ Jenenſis filium Joannem Wilhelmum adhuc minorennem elegit Rectorem, ſolennitas hæc numismate triplicis moduli cuſo fuit coronata, in ejus antica extat Jehova cum inſcriptione: AUCTORITATE D. G. WILHELMI DUCIS SAX. TUTOR JOHANN.*es* WILHELM.*us* DUX SAX. PRINCEPS JUVENT.*utis* MORE D. PATRIS ET MAJ.*orum* ACADEMIÆ SALANÆ SCEPTRA CAPESSIT FELICITER DIE 23. FEB. A. 1688., in poſtica extat Mercurii caduceus, cui impoſitum eſt inſigne ducatus Saxon. cum pileo ducali, ſupra quod lux cœleſtis ſplendet, infra cernitur regio cum parte civitatis Jenenſis, ſupra legitur: Lemma: TUETUR ET ORNAT. *f*) munus Rectoris peregit hic Princeps usque ad ſuam mortem, & A. 1690., ea quoque occaſione numisma unciæ & ſemiunciæ cuſum fuit, in ejus adverſa proſtat ejus protome cum circumſcriptione: JOH. WILH. DUX SAX. J*uliæ* C.*liviæ* M*ontium* Ang.*ariæ* WESTPHAL.*aliæ*. in averſa apparet cippus, cui impoſitum eſt pal-

H 2 lium

---

e) MADAI l. c. P I. p 485. n. 1491. TENTZEL III. *Theil des Sächſiſchen Medaillen Cabinets Erneſtiniſcher Linie* p 608. Tab. XLV n. 1 & 2. KUNDMAN l.c. p. 660 ſeq. Tab. XVIII. n 73. nominatur hoc numisma etiam *der Magiſter Thaler*, quia eo omnes Profeſſores & Magiſtri Jenenſes ſunt donati in rei memoriam.

f) *Catalogue des monnoies en argent &c.* p. 338 n. 4. TENTZEL l. c. p. 711. KUNDMANN p. 662. Tab. XVIII. n. 74.

lium Rectorale cum duobus sceptris Academicis, & pileo ducali, cippo inscriptum est: NATUS DIE XXIIX MARTII MDCLXXV. DENATUS D.*ie* 4. NOVEMB. MDCXXXX. SEPULTUS D.*ie* XIX. FEBRUARII MDCXCI. infra: VIX.*it* AN. XV. MENSIBUS. VII. D*iebus* X. circa cippum legitur: RECTOR ACADEMIÆ JENENSIS MAGNIFICENTISSIMUS. *g*)

3) A. 1702. Princeps Saxo Eissenacensis Wilhelmus Henricus XI. annorum electus fuit Rector ejusdem Universitatis, ea quoque occasione varia cusa sunt numismata, *primum* unciale sistit protomen principis in habitu milit. Romano cum inscript. D.G. WILHELMUS HENRICUS DUX SAX.*oniæ* JUL.*iaci* C.*liviæ* *Montium* ANG.*riæ* ET WESTP.*haliæ* RECTOR ACADEMIÆ JENENSIS MAGNIFICENTISSIMUS. in altera numismatis facie sedet prope palatium & civitatem Jenensem fœmina familiam Ducalem designans, pileo ducali ornata, d. tenens sceptrum Academicum, f. scutum ducale Saxon. cum Epigraphe: PALLAS SAXONICA SEPTIMA, ad denotandum, quod hic septimus Princeps sit ex familia Duc. Sax., qui gessit sceptrum Academicum Universitatis Jenensis A. MDCCII. In *secundi* numismatis minoris moduli antica habetur protome principis ejusdem Epomide Rectorali induti cum superius allegata inscriptione, in postica sedens Minerva dexteram inclinat scuto saxonico, sinistra offert lauream cum Epig. SEPTENO NUMERO FELICIOR.

In *tertio* numismate conspicitur Parnassus cum Pegaso & novem Musis, ante quas posita est mensa signata insignibus Ducatus Saxoniæ, illi incumbit Epomis rectoralis cum duobus sceptris Academicis, quorum unum princeps neo-Rec-
tor

g) *Catalogue des monnoies en argent &c.* p. 331. n. 2. KUNDMANN l. c.

tor capeſſit cum Epigraphe: MUSÆ SALANÆ FELICIA SCEPTRA CAPESSE, in altera ſuperficie legitur inſcriptio: RECTOR ACADEMIÆ JENENSIS MAGNIFICENTISSIMUS WILHELM. HENRIC. PRIMUS E NUMERO DUCUM SAXONIÆ SEPTIMUS ANNO ÆTATIS UNDECIMO SOLENNISSIME RENUNTIATUS D. XVII. AUGUSTI ANNO CHRISTI MCCII. In adverſa *quarti* Numismatis ſub arbore ſedet Apollo lyra canens, ad pedes ejus jacet ſceptrum cum libro &c. ſupra legitur: NOVUS PINDI JENENSIS APOLLO. in averſa eſt inſcriptio: WILH.*elmus* HENRICUS D.*ux* Sax. JUL. C.*liv.* M.*ont.* A.*ngariæ* ET W.*eſtph.* RECTOR ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMUS CREATUS MENSE AUGUSTO MDCCII. *h*)

4) Quod tempore celebrati A. 1686. Jubilæi Univerſitatis Heidelberg. Fridericus Wilhelmus filius Electoris Palat. Philippi Wilhelmi fuerit Rector, & hoc ex Numismatibus tum temporis percuſis conſtat, & ex ſupra adductis jam ſatis apparet.

5) Quod pariter tempore Jubilæi ab Academia Wittenberg. A. 1702 habiti princeps Electoralis hæred Fridericus Auguſtus Rector fuerit Univerſitatis, patet ſimiliter ex ſuprs adductis Numismatis.

Quod etiam 6) Anno 1706., quo memoria ſæcularis ſecunda inauguratæ Univerſitatis Francofurtenſis ad Viadrum fuit celebrata, in numismate Sexto principis Regii hæredit. Friderici Wilhelmi Rectoris p. t. Univerſitatis mentio facta ſit, partim ſupra fuit expoſitum, partim autem commonſtrat id particulare eatenus adhuc percuſſum numisma

H 3 duas

h) TENTZEL l. c. p. 699. ſeq. KUNDMANN l. c. p. 665. ſeq. Tab. XVIII. n. 76. Tab. XIX. n. 77. ſeq.

duas drachmas pondere adæquans, in cujus adverſa extat caput Principis Regii cum Verb: FRID. WIL. D G. PR.*inceps* HÆR..*editarius* COR *onæ* BOR *uſſicæ*. in averſa extant in medio globus, a dextera arma varii generis, a ſiniſtra liber apertus cum ſceptro Acad. pileo & Epomide Rectorali & lemmate: EX UTROQUE in circuitu legitur: LAUDIBUS EN VIRTUS SIC ÆMULA SURGIT AVITIS.. & in Exergo: CONCEDENTE NVMINE, in margine exteriore: RECTOR MAGNIFICENTISS. FRANCOF. AD VIADR.*um* MDCCVI. APRIL. XXVI.

Quod etiam 7) A. 1707, quo celebratum fuit ſecundum Jubilæum ab Univerſitate Giſſenſi Erneſti Ludovici Landgravii Haſſo Darmſtad. filius primogenitus Ludovicus ſceptra Academica ſuſtentarit, hoc produnt pariter ſupra producta Numismata.

Idem 8) de Auguſto principe hæredit. Auguſti I. Polon. Regis & Elect Saxon., quod A. 1709. tempore Jubilæi Univerſitatis Lipſ. fuerit Rector, commonſtrat ſupra allegatum Numisma in ordine tertium. ſimiliter 9) tempore celebrati ſecundi Jubilæi Univerſitatis Marburg A. 1727. Princeps hæredit. Haſſo-Caſſelanus Fridericus fuerat Rector, prout ex ſupra productis numismatis pariter conſtat; denique, quod 10) modernus Dux Würtenb, ſit Rector Univerſitatis Tübing., hoc prodit Numisma ſupra deſcriptum, nec deficit eatenus exemplum aliquod domeſticum, quod A. 1746 ſub Rectoratu Caroli Philippi L. B de Greifſenclau Eccleſiæ Metrop. Mog. Scholaſtici, qui poſtea electus eſt Epiſcopus & Princeps Herbipol., Univerſitas noſtra primum inſtaurata & Privilegiis aucta fuerit, hoc probatur ex numismate tum temporis cuſo, & ſupra deſcripto.

Verum

Verum non ſolum ſuſceptâ a Principibus & perſonis illuſtribus Univerſitatum gubernacula, probant Numismata, ſed & geſtos a Doctoribus ac Profeſſoribus Rectoratus; quod A. MCCCXCII. tempore primæ inaugurationis Univerſitatis Erfordienſis Rector fuerit Ludovicus Mullerus Arnſtadienſis, patet ex ſupra producto numismate, quodque Univerſitas Wittenbergenſis A 1502 ſub Rectoratu Martini Pollichii Metterſtadii *i*) inaugurata fuerit, ſupra allegatum memoravit Numisma, Auguſtum Quirinum Rivinum Medicinæ Profeſſorem tempore Jubilæi II. Univerſitatis Lipſienſis A. 1709. Rectorem (potius fuit prorector) referunt ſupra allegata Numismata, ex ſupra producto Numismate Jubilari Univerſitatis Erford. conſtat pariter, quod Ao 1692. tempore celebrati Jubilæi Nicolaus de Gouverneur Abbas S. Petri ibidem Rectoratum geſſerit. proſtat pariter in memoriam ſuſcepti a celebri JCto TOBIA JACOBO REINHARTH A. 1731. Rectoratus Univerſitatis Erfordienſis numis-

---

i) Pollichius a loco nativitatis Mellerſtadt cognomento dictus Mellerſtadtius fuit inſignis Medicus & Profeſſor Lipſienſis, poſtea Archiater Friderici bellicoſi Electoris Saxon., huic author ſuaſorque fuit in condenda Univerſitate Wittenbergenſi, unde & primus illius fuit Rector: egerunt de illo J. BURCKARD in Diſſ. ſub Tit. *Medicus graviſſimus humanitatis ſtudiorum vindex ex Hiſtoria litteraria adumbratus.* Guelph. 1716. 8. FR. BOERNERUS *in Commentatione de vita & meritis Martini Pollichii Mellerſtadii* Guelferb. 1751. 4. MOEHSEN *in der Beſchreibung einer Berliniſchen Medaillen-Sammlung.* P. II. p. 366. ſeq., qui potiſſimum refert altercationem, quam habuerat cum Simone Piſtorio circa morbum francum. CHRIST BÖNICK *in dem Grundriß einer Geſchichte von der Univerſität zu Würtzburg.* p 30. illum refert inter eruditos Herbipolenſes, atque eum fuiſſe primum Rectorem & Profeſſorem Theologiæ Wittenbergenſem, verum nunquam fuit Profeſſor Theologiæ ſed Medicinæ.

numisma memoriale cusum, in cujus antica extat protome hujus Jurium Professoris celeberrimi addita in circuitu inscriptione D.*octor* T.*obias* J.*acobus* REINHARTH COM. PAL. CAES. UNIVER.*sitatis* ERF.*urtensis* p. t. RECT.*or* PROF*essor* COD.icis. CIV.*itatis* SYND*icus* ET C.*onsul.* in postica cernuntur insignia Rectoralia, scilicet Epomis cum pileo & duobus sceptris, quæ incumbunt aræ in medio 4. columnarum positæ, quatuor columnæ denotant quatuor facultates, primæ anteriori inscriptum est: BIBLIA S. illique impositus est liber clausus, alteri columnæ anteriori sinistræ inscriptum est: JUSTINIANUS, illique imposita est libra cum gladio. Tertiæ inscriptum est HIPPOCRAT*es*, illique incumbit baculus Æsculapii serpente circumvolutus. In 4*ta* legitur: ARISTOTE.*les*, illique impositum est scutum Minervæ apposita ejus hasta supra hæc duo genii tenent crucem Teutonicam ornatam pileo Electorali, quia tum temporis Franciscus Ludovicus supremus Ordinis Teut. Magister fuit Elector Mog. & Universitatis Erfurt. Cancellarius. in circuitu legitur chronico distichon:

eLeCtore bono tenet hVIVs sCeptra LyCeI
reInhartVs DoCtor, sIt, VoLo, DoCtVs erat.

In segmento: ELECT.*us* D.*ie* 28. MAJI. CONF.*irmatus* 25. JUNII k) sæpius etiam solent Rectores finito Rectoratu secundum, imo adhuc pluribus aliquando vicibus eligi, etiam de hocce casu adest numisma, siquidem Professor Medicinæ in Universitate Erford. Kniphofen A. 1761. 24. Jul. unanimiter

miter

---

k) Æri incisum hoc numisma in KOEHLERI *Müntzbelust.* P. XVII. p. 409.

miter prima vice electus Rector Universitatis, anno sequenti nova electione prævia in dignitate hac Academica fuit confirmatus, quod ibi usu est receptum, *l)* in rei hujus gestæ memoriam cusum fuit numisma, in cujus parte anteriore extat Kniphofii effigies cum inscript.: D.*octor* JOH. HIERON. KNIPHOFF, quæ in parte posteriore continuatur: FACULT.*atis* MED.*icæ* SENIOR ET AS.*sessor* PR.*imarius*, PATH.*ologiæ* ET PRAX.*eos* P.*rofessor* P.*ublicus* O.*rdinarius* S. R. I. A.*cademiæ* N.*aturæ* C.*uriosorum* ADJ.*unctus* ET BIBL.*iothecarius*, & infra. RECT.*or* UNIVERSITATIS ERFURT.*ensis* II. ELECT.*us* DIE 14. JUL.*ii* 1762. Hygea, seu Dea salus hic apparet lauro ornata cum baculo serpentifero & gallo, quæ accedit ad aram in medio positam, in quo pileus & Epomis Rectoralis cum duobus sceptris Academ. jacent, infra aræ est inscriptum verbum: VIGILANTIA. *m)*

Sextum & ultimum Caput probationis Numismaticæ in historiis Universitatum constituunt Numismata, quæ vel in genere in memoriam celebrium Doctorum & Professorum in omnibus facultatibus, vel in specie ad celebrandum eorum Jubilæum *n)* sunt percussa, quod enim biographiæ

I Pro-

---

l) J. C. MOTSCHMANNI *Erfordia litterata* III. Samlung p. 333. 381. 521

m) Æri incisum est hoc numisma apud MOEHSEN l. c. P. I. p. 249.

n) Conf. JOAN. FRID. JOACHIM *Kurze Betrachtung über die Jubeljahre Academischer Lehrer*, *in der Samlung vermischter Anmerkungen* Tomo IV. n. 10. p. 261. seq. KOEHLER l. c. P. XVII. p. 410. scripsit: „ die Römer erwiesen ihren vortrefflichen Rechtslehrern unter andern auch diese sonderbare Ehre, dass sie deren aus Ertz gegossene „ oder auf marmor gehauene Bilder offentlich aufstelleten. Q. Mutius „ scævola erlangte zuerst diese Ehre pro rostris, weil er als ein „ oraculum Civitatis war angesehen worden: auch unter den Kay- „ sern

Professorum celebrium constituant partem Historiæ Universitatum, nemo rei litterariæ gnarus vocabit in dubium; quod etiam in memoriam clarissimorum Doctorum & Professorum signata fuerint numismata, plurimis commonstrari posset exemplis, nisi in immensum excresceret mea Oratio. o) nota autem satis sunt Numismata in honorem Norisii Pro-

---

„ fern ward mit dieser Ehrbezeigung fortgefahren, jedoch ward „ darzu deren Einwilligung erfodert. Vid. SUETONIUS *in Calig.* „ C. 34. & PLINIUS L. I. Ep. 17. anstatt der kostbaren Bildsäulen „ sind in neuern Zeiten, nachdem die Wissenschafften und Künste „ wieder belebet worden, die Medaillen aufgekommen, womit man „ auch die berühmten Jureconsultos (und andere gelehrte Männer) „ vor andern verehret hat.

o) C. G. SACHS A. 1734. scripsit *de numismatibus in honorem Theologorum* cusis; FRIDER. CHRISTIAN. LESSER edidit: *Besondere Müntzen, welche sowohl auf gelehrte Gesellschaften, als auch auf gelehrte Leute sonderlich auf D. Martin Luthern gepräget worden.* Leipzig 1739. 8. JOH. CHRISTIAN. KUNDMANN edidit *Silesios in nummis oder berühmte Schlesier in Müntzen, so durch Heldenthaten, Amtswürden, Gelehrsamkeit und Schriften ihren Nahmen unvergeslich gemacht.* Breslau und Leipzig 1738. 4. Idem promiserat Historiam litterariam in nummis in opere, cui titulus: *Heimsuchung Gottes im Zorn und Gnade über das Hertzogthum Schlesien in Müntzen nebst einer Nachricht von einer zu edirenden Historie der gelehrten in Müntzen.* Leipzig 1742. F. HOMMEL *in dem Anhang zu dem Verzeichnus seiner Kupferstiche von Juristen* recensuit 87. numismata in honorem celebrium JCtorum cusa, quæ ipse collegerat, ne memorem numismata JCtorum Roman. ex ejus *Jurisprudentia numismatibus illustrata.* p. XVIII. seq; numismata Medicorum secundum supra exposita produxit MOEHSEN in sæpe allegato opere *Beschreibung einer Berlinischen Medaillen-Samlung, die vorzüglich aus Gedächtnus-Müntzen berühmter Aertzte bestehet.* Denique huc potissimum spectat *Museum Mazzuchellianum, seu numismata virorum doctrina præstantium, quæ apud Joannem Mariam comitem Mazzuchellum Brixiæ servantur &c.* Venetiis 1761. 2. T. f.

Professoris Pisani, & postea Cardinalis *p*), celebris Philosophi Christiani Wolffii *q*) & aliorum cusa; exempla saltem quædam domestica sum allegaturus: prostat quippe celebris Julii Pflugii Canonici Metropol. Mog. postea Episcopi Naumburgensis, qui in Universitate nostra Mogunt. trium stipendiatorum fecit fundationem, Numisma, in cujus antica effigies ejus nobis fuit servata cum inscriptione: JULIUS PFLUG ÆTATIS SUÆ AN. XLI., postica exhibet ejus insigne seu scutum in quatuor partes divisum galea coronata tectum, in area 1*ma* & 4*ta* rubra conspicitur inversus vomer argenteus dextrorsum inclinatus, & in area 2. & 3. similimodo inclinatus ramus arboris cum tribus foliis, galeæ impositi sunt duo vomeres inversi cum plumis struthionum, in circuitu legitur: GLORIA MEA CRUX CHRISTI MDXXXX. *r*)

2) Prostat numisma in memoriam Sebastiani de Rotenhahn, qui in Universitate nostra Moguntina creatus fuit Jurium Doctor, cusum, est illud saltem in uno latere signatum ac refert effigiem ejus tecti capitio & induti catena aurea annotato anno ætatis ejus 48 cum inscriptione SEB.*astianus* V.*on* ROTENHAHN RITER, DOCT.*or*. MDXXVI. *s*)

3) Inter Doctores Juris Moguntiæ creatos referendus quoque est Joannes Faust Aschaffenburgensis, cujus pater Joannes Faust judex sæcularis Mogunt. a Ferdinando I. Romanorum Rege A. 1557. cum descendentibus in nobilium ordinem relatus fuit, de hoc Joanne Faust scripsit ejus nepos Joh. Frider. Faust jun. in *Discursu de origine Typographiæ*: „ quæ primordia (artis typographicæ) avum meum *Docto-*

p) KOEHLER l. c. P. XIII. p. 265.

q) Idem l. c. p. 409.

r) Idem l. c. P. IV. p. 137.

s) Idem l. c. P. XXI. p. 17.

„ *rem Joannem Fauſt*, inque manibus ſuis Donati primam „ partem inter cœtera vidiſſe Mstum poſteris nobis relic- „ tum teſtatur. „ ſupereſt hujus Doctoris Joannis Fauſt Aſchaffenburgenſis numisma, in cujus antica conſpicitur ejus effigies cum longa barba & muſtace, collum ejus ornatum eſt collari crispato & aurea catena cum Epigraphe: JOAN. FAUST V.*on* ASCHA.*ffenburg* DOCT.*or* J.*uris* Æ.*tatis* XLII. in poſtica extat Fauſtorum Aſchaffenburg. inſigne, ſcilicet pugnus argenteus in area cærulea, cui impoſita eſt galea coronata, quam exornat aquila J. monocephala coronata cum expanſis alis, additis ex *Pſalmo* XCII. verbis: JUSTUS UT PALMA FLOREBIT. *t*)

4) Extat Numisma in honorem ſupra nominati Joannis Hieronymi Kniphof *u*) Profeſſoris Medicinæ Erfurtenſis A. 1748. cuſum, in cujus adverſa cernitur ejus protome cum inſcript.: D. JO. HIERON. KNIPHOF. ANAT.*omiæ* CH.*irurgiæ* ET BOT.*anicæ* PR.*ofeſſor* P.*ublicus*, F.*acultatis* M*edicæ* A.*ſſeſſor.* O.*rdinarius*, S. R. I. A.*cademiæ* N.*aturæ*. C.*urioſorum* C.*ollega* p. t. DECAN.*us*. in poſtica exhibetur ejus inſigne ſeu tres pini in horto cincto cum lemm. NASCITUR HIC MIRÆ FERTILITATIS

t) Numisma hoc ſigillatim æri inciſum eſt cum ſubnotatione: *la Medaille originale ſe trouve dans la collection patriotique de Jean Chretien Gerning a Francfort ſur le Mayn.* Hic Doctor Joannes Fauſt fuit ex familia Joannis Fauſt ſocii Joannis Guttenbergii in excolenda Moguntiæ arte typographica.

u) Ejus Biographiam plures edidere, veluti FRID. BOEMER *jetzt lebende Aerzte* B. I. p. 468. 921. B. II. p. 443. 767. B III. p. 396. 711. *Commentarii de rebus in ſcientia naturali & Medicina geſtis.* Vol. XI. P. III. p. 559. ſeq. *Nova acta phiſico-medica Academiæ Cæſareæ Leopoldino-Carolinæ Naturæ curioſorum.* Tom. III. append. p. 397. ſeq.

TATIS HONOS. in fegm. DE FELICI NOMINALI D. 24. JUNII 1784. GRATULATUR I. H. W. *w*) determinavi.

Adefte jam prænobiles ac clariffimi Domini Doctorandi, non enim diutius veftra morabor defideria, fed ad conferenda confueta Doctoratus Juridici in utroque jure infignia more majorum fum proceffurus, ac vos ornatu Academico JCtis conveniente decoraturus. *x*) Accipite igitur *primo* de manu mea librum claufum partim in publicum teftimonium, quod Jurisprudentiæ principiis ac fundamentis tam folide fitis im-

w) Extat apud MOESEN l. c. P. I. p. 240.

x) Collatio infignium Doctoralium per ftatuta Univerfitatum tam antiqua, quam noviora fuit ftabilita, unde fruftra a Cavillatoribus fugillatur: in antiquis *Statutis Univerfitatis Vindobon.*, quæ A. 1365 ab Urbano V. funt confirmata, Tit. IX. §. I. in KOLLARII *Analectis Vindobon. Col.* 182. *de forma doctorandi* legitur: in Cathedra Doctorali Doctorandus: *faciat pulchram & decentem arengam recommendatoriam facultatis ipfius, petatque decenter figillatim infignia Doctoralis honoris fibi per Doctorem fuum conferri, videlicet Biretum, annulum, librum claufum & apertum, ofculum & benedictionem Magiftralem, deinde afcendat cathedram eandem Magifter feu Doctor ipfius, & præmiffa Aranga recommendatoria ipfius doctorandi ipfa infignia per ordinem aptis ad hoc verbis concedat eidem, quibus habitis incipiat mox & in continenti ipfe Doctor novellus uti fibi tradita poteftate, legat, feu breviter repetat unum Canonem in Decretis* &c. & quoad noviora: in diplomate a Leopoldo Imper. conceffo Univerfitati Hallenfi in DREYHAUPT *Befchreibung des Saalkreyfes* Tomo II. p. 104. *de promotione Doctorum* conceffa fuit facultas: *ut creari poffint Doctores & hujusmodi dignitatibus infigniri, nec non per Bireti impofitionem & annuli ac ofculi traditionem, cæterisque confuetis folennitatibus inveftiri, & folita ornamenta atque infignia dignitatum prædictarum eis tradi & conferri.* Ritus hi etiam fuere recepti in Inveftituris feudalibus, de ritu inveftiendi per Bireti impofitionem & annuli immiffionem cum ofculo conf MASCOV *in Jure feud.* C. VII. §. 6. Not. 2. & §. 10. ibidem add. NÆVIUS *de fatis honorum Academ.*

buti, ut ſine librorum evolutione caſus emergentes poſſitis ex tempore decidere, partim ad denotandum, quod in ſana ratione fundatum ſit illud Juſtiniani monitum in L. 1. §. 6. C de *veteri jure enucleando: neque ex multitudine auctorum, ſed quod æquius eſt, judicatote, cum poſſit unius forſan & deterioris ſententia & multas & majores in aliqua parte ſuperare.*

Secundo eundem librum vobis apertum porrigo, partim ad denotandum, quod publica vobis e cathedra docendi concedatur facultas, y) partim ad ſignificandum, quod ſtudium jurisprudentiæ ſit prope immenſum ita, ut libros apertos ſemper debeant habere JCti, memoresque eſſe cum Pomponio in L. 20. C. *de fideicommiſſariis libertatibus* ſententiæ Julianæ: *etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere.*

Tertio humeris veſtris rubram impono epomidem, non rubeſcit illa, prout zoili calumniantur, ex depreſſo ruſticorum ſanguine, ſed quemadmodum color ruber juris vitæ & necis ab antiquo fuit ſymbolum, & in noſtro imperio Juriſdictio criminalis mediante vexillo rubro quondam fuit collata, JCti autem ad exercenda debite Regalia & præſertim ſanguinis judicia potiſſimum inſerviunt. ſic & rubra illis ceſſerunt pallia. z) De coetero memores ſitis ſemper ver-

---

y) Liber apertus eſt ſymbolum doctrinæ publice e Cathedra tradendæ; paſſim in ſigillis Archiepiſcopi & Epiſcopi exhibentur ſedentes in ſolio ſeu Cathedra Epiſcopali d. pedum, ſ. librum Evangelii apertum tenentes in ſignum, quod doctrinam Evangel. publice doceant, idem occurrit frequenter in numis Epiſcoporum; quod liber apertus ſit ſymbolum Univerſitates denotans, patet ex pluribus ſupra productis Numiſmatibus, in quibus liber apertus ob lectiones Academicas tanquam ſignum Univerſitatum hieroglyphicum adhibetur.

z) STEGER in Diſſ. *de purpura Sacræ dignitatis inſigni* §. 12. egit etiam *de purpura dignitatum Academicarum inſigni.*

verborum legis 14. C. *de Judiciis: judices lites dirimant scituri, quod non magis alios judicent, quam ipsi judicentur, ipsis enim magis, quam partibus terribile judicium est, siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore adhibito causas proferunt trutinandas.*

Quarto Biretum doctorale vestra exornet tempora, decrevit jam militibus victoriosis, Heroibus, Rhetoribus ac Poëtis antiquitas lauros, mos etiam fuit penes veteres sponsos coronis redimendi, *a*) justum quoque est, ut JCti suo diademate partim tanquam Justitiæ sponsi, partim quia legibus armati in arena Juridica perpetuo fere adinstar militum pugnant, in signum virtutis & constantiæ exornentur. *b*)

Quinto annulum Doctoralem vestris jungo digitis: annulus, quia est sine fine, ab antiquo fuit æternitatis ac fidei perpetuo seruandæ Symbolum, annulos sibi invicem offerunt desponsati in tesseram perpetui amoris ac fidei, vos quoque Justitiæ tanquam virgini integerrimæ despondeo, huic perpetuam servate fidem, *c*) & in Symbolum amoris ac fidei annulus Doctoralis pro perpetuo vobis inserviat monumento. *d*)

a) Morem hunc de gentilibus testatur. APULEJUS L. IV. *Metamorph.* & CLAUDIANUS *in Raptu Proserpinæ*, sponsos quoque penes Hebræos coronatos processisse constat, donec Vespasiani edicto ab hoc honoris & lætitiæ signo abstinere sint coacti, admiserunt etiam hunc morem prisci Christiani, ut innuit TERTULLIANUS his verbis: coronant & nuptiæ sponsos.

b) KAHLIUS in Diss. *de Natura & indole Investituræ per Biretum* varia protulit *de Investitura per Biretum Academica.*

c) Quænam Justitiæ sponsus exspectare possit, si fidem sponsæ servaverit, descripsit ECCLESIASTICUS Cap. XV.

d) Antiquissimus est annuli usus apud veteres, & quidem tam apud Hebræos, quam Romanos moris fuisse, ut in omni pactione loco arrhæ annulus daretur, ex Historia sacra *genesis* C. 38 & ex PLINIO observavit BARONIUS ad A. 57., atque ex hujusmodi usu fluxisse vide-

Sexto denique hæc omnia osculo & amplexu conſueto obſigno, amplexus ſemper erat ſignum amoris, amicitiæ, fraternitatis, concordiæ, fidei ac pacis, inter deſponſatos non ſolum adhibitum fuit osculum, *e*) ſed & mediante hoc ritu ad aliquod noviter admiſſi collegium in communionem fraternitatis a reliquis ſuscipiebantur: ego itidem hoc ſymbolo vos tanquam Juſtitiæ ſponſos in coetum, Juris utriusque Doctorum recipio, ac veſtri vos officii commoneo, ut non ſolum cum veſtra ſponſa, ſed & cum confratribus JCtis pacem & concordiam ſervetis, & tanquam cordati JCti ſuadeatis litigantibus pacem & amicabilem compoſitionem, cum ſecundum Juſtinianum *verecunda ſit illius cogitatio, qui lites execratur.*

BENEDICTIO INAUGURALIS

Quod igitur Deus ter optimus maximus, Beatiſſima cœlitum Regina, omnesque ſancti Dei ad Religionis Catholicæ totiusque almæ Univerſitatis, nec non facultatis noſtræ incrementum cedere, vobisque feliciter evenire jubeant,

EGO

videtur, ut cum ſpondentur nuptiæ, deſponſati loco arrhæ ſibi invicem annulos exhibeant; annuli ſponſalitii meminit quoque TERTULLIANUS in Apologetico. Cap. 6. apud antiquos Chriſtianos annulis ſponſalitiis inſculptum fuiſſe ſignum fidei, quod eſt hieroglyphicum amoris & concordiæ, refert idem BARONIUS, quod annulus mutuæ fidei ſignum ſit, docet quoque GRATIANUS C. 30. Q. 5. Can. 7. apud Romanos continuus annulorum fuit uſus conf. KIRCHMAYER *de Annulis.*

e) Jam apud veteres Chriſtianos deſponſati in ſignum charitatis & perpetuæ pacis ſibi dedere oſculum, oſculi nuptialis meminit TERTULLIANUS in Libro *de velandis Virginibus* C. II. conf MÜLLER in Diff. *de osculo Sancto*, ubi p. 116. egit in ſpecie *de osculo Academico.*

EGO FRANCISCUS ANTONIUS DÜRR J. U. D. &c. auctoritate sacræ Sedis Apostolicæ & Augustissimæ Majestatis Cæsareæ mihi legitime communicata vos prænobiles & clarissimos Dominos

GEORGIUM ALTENBURG J. U. L. Dicasteriorum Electoral. Advocatum Ordinarium,

PHILIPPUM WALDMANN J. U. L. Eminentissimi ac Celsissimi Principis Elect. Mog. judicii aul. consiliarium, Institutionum & Juris Criminalis Professorem publ. & ordin.

IGNATIUM WIESE Eminentis. ac Celsis. Principis Elect. judicii aul. consiliarium Jurium Prof. pub. & extraord.

FRIDERICUM FRANCISCUM SCHAL Eminentis. ac Celsis. Princ. Elect. Consil. ab Archiviis, artis dipl. & praxeos Archiv. Profess. pub. & ord.

J. U. Doctores dico, creo, facio, factosque in hoc amplissimo illustrissimorum & spectatissimorum virorum consessu palam renuncio hic & ubique locorum pro talibus censendos atque honorandos, idque in nomine Ssmæ & individuæ Trinitatis Patris & filii, & Spiritus S.

Salvete nunc Prænobiles, Clarissimi & Consultissimi Domini J. U. Doctores, quo nomine jam primus vos compello, novum honorem, quo nunc aucti estis ex animo gratulor:

Sed simul primum Doctoralem laborem pro dando velut primo specimine Doctorali vobis annuncio, agite igitur & pro vestra in Juridicis experientia vestras Inaugurales quæstiones resolvite:

Peractis jam iis, quæ pro Doctorali hacce inauguratione more recepto peragenda erant, nihil amplius superest, quam ut more recepto sacra hæc Academica votis solennibus coronemus:

Conservet Deus ter optimus maximus, quem nobis pro rei litterariæ incremento clementissime concessit, FRIDERICUM CAROLUM JOSEPHUM Eminentissimum

K ac

ac Celsissimum Principem Electorem nostrum, Universitatis nostræ Instauratorem, scientiarum & artium conservatorem promotoremque clementissimum, vigeat, floreat hic Musarum Mogonarum Apollo, dumque haud cessat quotidie Academiam nostram plurimis cumulare beneficiis, illi loco symboli appono Solem supra Mogonum Musarum domicilium radios progrediendo magis magisque diffundentem, cum lemmate: CRESCIT EUNDO. *f*)

Vivat, vigeat, floreatque Rdmum & illustrissimum Capitulum Metropol. Mog., quod tanquam benigna mater Universitati nostræ a suis incunabulis cum protectione multos favores præstitit, loco symboli illi suspendo 24 stellas, quæ Musis Moguntinis in umbra sedentibus suam quoque lucem affundunt cum lemmate: PROSUNT, ILLUSTRANTQUE SIMUL.

Reviviscat & vigeat fine fine Universitas nostra gratiosissimi Principis munificentia noviter instaurata eo tempore, ubi novi simul sæculi Academici memoria recolitur, loco symboli sit illi Phœnix, tam resurrectionis, quam novi sæculi, & cujusvis factæ instaurationis figura Hieroglyphica: capite radiato insistens libro aperto cum Epigraphe: FELICIUM TEMPORUM ET STUDIORUM REPARATIO. *g*)

---

f) In primo post ejus electionem edito programmate Prælectionum Catalogo præmisso comparavi illum *soli orienti*, quod symbolum in numis antiquis Imperatorum Rom. noviter creatorum frequenter occurrit, sub eodem symbolo illum ex post in numismate proposuit Civitas Erford. cum lemmate: DISPELLIT UMBRAM.

g) Phœnicem, quem in Ægypto renasci multi veterum crediderunt, futuram mortuorum resurrectionem denotare scripserunt Patres antiqui, & ZENO Episcopus Veron. *Sermone de Resurrectione* post medium ait: „ Similiter Phœnix avis pretiosa resurrectionis evidenter nos edo- „ cet jura, quæ nobilitatem generis sui non a parentibus accipit, „ non liberis tradit, ipsa genus, ipsa finis, ipsa principium, non „ ex coitu nascitur, nec officio alieno nutritur, non invita, non im- „ pru-

Vivant Excellentiffimus noftri generalis ftudii Curator, Rector Univerfitatis vigilantiffimus, Concellarius ampliffimus, vivant floreant atque uberrimos fuorum laborum fructus ferant Doctores & profeffores omnium facultatum præftantiffimi, vivant denique reliqui Cives Academici Religioni & patriæ utiles, loco fymboli ipfis fit arbor procera ob infertos variorum fructuum ramos plurimos diverfos tamen inter fe fructus uberrime proferens cum infcriptione: VARIOS FERT FRUCTUS ET ORNAT. — Ita fiat, & vobis noftris annuat fupremum numen. ite promotio eft.

„ prudens moritur, fed cum maturum lethi tempus advenerit, a „ femet ipfa excitatis facris ignibus libentiffime concrematur, fepul- „ chrum nidus eft illi, favillæ nutrices: cinis propagandi corporis femen, „ mors natalis dies, denique poft momentum fefto exultat tumulo „ non umbra, fed veritas, non imago fed Phœnix, non alia, fed „ quamvis melior alia, tamen prior ipfa. „ tanquam novi fæculi fymbolum autem hanc avem fuis in numis nonnulli expreffere antiqui Imperatores, & præfertim Conftantinus M., quorum occafione SPANHEMIUS in fuo opere *de præftantia & ufu Numismatum* Differtationem III. de hac ave confcripfit nonnullos citans authores tam Ethnicos quam Chriftianos, qui de illa egerunt, conf: JAC. OISELIUS Tab. LVIII. *n. 5.* ubi in numo Conftantis pariter Phœnix radiato capite globo ftellato infiftit.

